






11/199

vgl. Nr. 413 (Reimer)

dieser Kugel 05
Roma.



ICONES sive IMAGINES VIRORUM LITERIS ILLUSTRUM

qui
Seculo XV. præsertim doctrina
Religionis aliarumque bonarum scien-
tiarum tanquam lumina in Germania
nostra claruere.

Olim

à
Tobia Stimmero pictore sue atatis perfe-
ctissimo ad vivum expressæ & Nic. Reusnero
¶C. cum brevi descriptione eorum vitarum
& operum in lucem edita,

nunc

Reipublicæ literariæ bono iterum re-
cusæ & ab interitu vindicatæ cura
& impensis

C. A. Z. J. C. A.

Francofurti ad Mænum,
Typ. BALTHASARIS DIEHLI.
ANNO M DCC XIX.



ICONES IMAGINES ARORUM LITTERIS HISTORIIS

Seculo XV. p. legione in Germania
Religiose scheruindis portantur. Ie
dicitur. Tempore. quod in Germania
victus est Christus.



C. A. S. I. G. A.

Z 2, 5061



PRÆFATIO ad LECTOREM.

Magna est ut sapientia, ita virtutis dignitas, magnaque pulchritudo. Lector benevole: eaque profecto tanta, ut si oculis formam ejus, & tanquam faciem cernere nobis liceret, mirabiles sui amores in animis nostris excitatura esset. Nam & propter hanc solam non raro eos, quos nunquam vidimus, vehementer & admiramus & colimus; adeoque magna ejus vis est, ut ea etiam in hoste posita nescio quomodo delectet, & quasi pleno ore laudetur. Quanquam vero oculorum sensus in homine acerrimus est, multo is tamen est obscurior & hebetior, quam ut species & pulchritudo illa virtutis ac sapientia recte a quoquam cerni, ne- dum plane perspici queat, eoque non tam corporis, quam animi ipsius acies, intendenda est maxime, que sola lumen ejus atque splendorem cernit atque suspicit, eosque admiratur in primis ac colit, quos ceteris anteire virtute & sapientia judicat. Enim vero refert plurimum, si minus perfectam undique & absolutam,

PRÆFATI O

at leviter duntaxat adumbratam formam cœu effigiem
sapientia & virtutis, oculis quoquo modo intuendam
contemplandamque proponere, bonorum & sapientium
Virorum exemplis ac simulacris propositis, qua & ipsa
animos Virorum bonorum honesto quodam gaudio com-
pleri consentaneum est. Quam sane ad rem per-
ciendam, ut aliqua saltē ejus species oculis homi-
num exhibeatur, duo potissimum adminicula natura,
vel ars ipsa potius, concessisse videtur, scripturam
nimirum, & picturam, quarum illa aures, hac ocu-
los hominum mirabiliter afficit, ut bene de Republica
meritos Viros, quamvis mortuos, scriptura beneficio,
quasi nobiscum adhuc loquentes audire, & imagines
eorum contemplando, pictura ope, tanquam præsen-
tes & vivos intueri & amplecti perpetuo nobis liceat:
qua utraque re animos cum primis excitari & studio
quodam incendi credibile est, non solum in audiendo
legendoque, si quid pie recteque & sapienter ab his
factum sit, verum eriam in eorum, qui cum laude
vixerunt, expressos vultus intuendo, a quibus tacite
quodammodo ad similem virtutis & sapientie laudem
eos incitari, & ad facinora clara impelli, res ipsa
testatur. Itaque apud omnes populos passim usu re-
ceptum fuisse videmus, ut eorum virtus perspecta for-
ret in rebus honestis atque magnis, & qui benè de
Republ. meriti, aut honore aliquo & imperio affecti
essent, non modo laudes & vita, sed statua quoque
& imagines publice exstarent, & ad posteritatem
conservarentur, & hoc pacto eorum virtus & sapien-
tia quasi in theatro & lumine publico, omnibus ci-
vibus intuenda, contemplandaque propoteretur;

quo-

ad L E C T O R E M .

quorum exemplo praelato incitati alii , eam quoque
magni facere ac colere in omni vita , & praelaram
nominis sui memoriam , rebus praelare gestis , cum
omni posteritate adaequare studebant : neque vero ne-
cessum est multa hoc loco ex veterum monumentis ejus-
demodi colligere , quae in hoc genere doctrina publica-
ta & in medio sunt proposita , satis nobis esse poterit
Museum illud Jovianum tot & tantorum heroum ,
non literis solum & doctrina , sed & bellica laude il-
lustrium , neque solum vivis verisque imaginibus ,
verum etiam elogiis utraque orationis forma exqui-
site conscriptis , ita praelare instructum atque exor-
natum , ut nihil in hoc genere extet perfectius atque
absolutius . Cum quo non immerito comparatur &
quod ad patriæ dignitatem attinet , opus illud Ico-
num Theodori Bezae , ante seculum in lucem editum ,
in quo & ipso , preter elogia elegantissima , conspi-
ciuntur ejusdem generis Icones & effigies Virorum do-
ctrina simul & pietate illustrium , Germaniae preser-
tim nostræ , & Gallie & Anglie , quorum præcipue
ministerio partim bonarum literarum studia restituta ,
partim vera religio in variis orbis Christiani regioni-
bus , patrum nostrorum memoria suit instaurata :
ceterum tam utrique huic operi sane elegantissimo at-
que pulcherrimo , quam etiam recentium authorum ,
proxime accedere videtur presens istud opus typicum
a Bernardo Jobino typographo Argentinense , magno
studio , pari arte , nec minore sumptu adornatum ,
undique conquisitis virorum literis ingenique monu-
mentis illustrum , presertim Germaniae nostræ , veris
& ad vivum expressis imaginibus ; in quo delineando

PRÆFATIO

in primis pictore usus fuit Tobia Stimmero, inter pri-
mos sua atatis summo atque perfectissimo, sicut præ-
clara ejus simulacra & opera in medio relicta, abun-
de contestantur: quod sane opus, quo perfectius at-
que absolutius in publicum prodiret, spirantes hasce
mortuorum hominum effigies, sed per se tamen ad-
huc mutas, per Nic. Reusnerum & C. quasi animari,
& sua potissimum voce loquaces eas reddi voluit, ut
non modo eas intueri, sed & cum his nonnunquam
consistere ac colloqui, & quories luberet, in consulta-
tionem quodammodo venire liceret iis, quibus ani-
mum ab ista quasi pictura imaginibusque sapientia
ac virtutis, ad rem veritatemque traducere collibi-
tum est; hancce ob causam primo singulis Iconibus
singula apposuit disticha, & his deinde opposuit eo-
rundem vita & opera descriptiones breves quidem
sed illustres, partim ex ipsorum monumentis,
parim aliorum scriptis, &ovii præsertim & Bezo
olim summatim compositas, nunc vero iterum cum
sumptibus quam plurimis recusas & ab interitu vin-
dicatas. En accipe igitur, benigne Lector collec-
tionem istam Iconum demortuorum clarorum Viro-
rum, qui literis & ingenii monumentis illustres;
Germaniae præsertim nostræ inclarerunt, quibus
etiam intermixtos videbis nonnullos scolarum invi-
dioso studio celebres, in quibus omnibus maxime fuit
propositum, ne vel calumniösè vel contumeliosè in
quenquam dictum aliquid opponeretur, ex quo ulli
mortalium aliqua inde crearetur offensio; neque
enim de religionis potissimum controversiis intempe-
stivè judicium ferre, hujus loci aut temporis esse
puta-

ad L E C T O R E M.

putavimus, de his enim judicent alii, ad quos
ea res pertinet; speramus autem vel planè potius
confidimus opus hoc typicum denuo recusum & è te-
nebris quasi erutum, omnibus bonis & literarum
amantibus non displiciturum; interim Vale optime
Lector, & fruere.

Wezlariae 3. Calend. Aprilis, Anno Salutis
Christianæ M. DCC. XIX.



A 4

ÆPINUS

M 1270 11
ÆPINUS JOANNES,

Theologus.



Sacrorum antistes Hammonis in urbe fidelis
Illustrum summi dogmata vera Dei.

Joan-

Joannes Æpinus

Hamburgi natus Civitate Saxoniam libera :

Præter multiplicem Linguarum & Artium humanitatis eruditionem :

Primus ex Evangelicis Vitebergæ, una cum Casp. Cruciçigero & Joan. Bugenhagio, Sacros. Theol.

Doctor salutatus

Anno

M. D. XXX.

Supremus Ecclesiæ Hamburgensis Pastor & Assistantes postea ordinatus :

Cui præfuit Annos XX. circiter, summa cum Fide & Diligentia :

Saxonicar. Ecclef. Fidem ac Religionem Sacrosanctam & intaminatam conservans perpetuò :

Divino Numinе

contra Edictum Cæsareum Auguftæ de re Ecclesiasticâ,

I N T E R I M ,

Donec Synodus decerneret Oecumenica informanda, promulgatum,

Anno M. D. XLVIII.

Plurimis de Religione scriptis Libris optimè de Republ. Christiana meritus :

Obiit Hamburgi M. D. LIII.

Ætat LIV. III. Idus Maji.

A 5

AGRI

AGRICOLA RUDOLPHUS

Frisius.



*Primus ego Latiae cultor, Graique Camanae,
Germanos docui Musica castra sequi.*

RU

AGRIPIA HERBICUS CORNIFOLIUS

Rudolphus Agricola Friesius

in pago non procul à Groninga Urbe natus.

Cuivis summorum suarum aetatis vel ingenio vel Doctrina, vel Eloquentia par habitus.

Primo studiorum Tyrocinio Lovaniis egregie deposito :

Præter Graecas & Latinas Literas, omnibus Artibus optimis Ferrariae in Italia ornatus, sub Theod.

Gaza Doct. Clariss.

Demum Academiæ Heidelbergensis Professor, & Disputationum factus moderator præsertim Logicarum :

Commentario in Lucem edito de Inventione Dialectica, sane pulcherrimo atque elegansissimo

Psalterio etiam ex Hebreæ Lingua in Latinum fideliter translato :

Philosophiae Aristoteleæ, interpres sui Seculi Princeps.

Obiit

Heidelbergæ Anno Christiano

M. CCCC. LXXXV.

AGRIP-

AGRIPPA HENRICUS CORNELIUS
Medic. & JCtus Eques.



*Singulis clarus Eques: Medicus Jurisque pe-
ritus,
Et sophus, & pariter, sum Magus arte potens.*
HEN-

Henricus Cornelius Agrippa
ab
Netresheym.

Armatæ militiae Eques Auratus: Juris utriusque
&

Medicinæ Doctor:

Carolo V. Cæsar. August. à Consilio & Archivis
Indiciarius.

INTER DIVOS nullos non carpit Momus:

Inter heroas monstra quoque insectatur Hercules:

Inter Dæmones, Rex Herebi Pluto irascitur omnibus
umbbris.

Inter Philosophos ridet omnia Democritus:

Contra deflet cuncta Heraclitus:

Nescit quæque Pyrrhias,

&

Scire se putat omnia Aristoteles:

Contemnit cuncta Diogenes:

Nullis hic parcit Agrippa.


Contemnit, scit, nescit, flet, ridet, irascitur, inse-
ctatur, carpit omnia.

Ipse

Philosophus, Dæmon, Heros, Deus & omnia.

ALAR-

ALARDUS AMSTELRODAMUS
Philosophus.



*Si Logica laus est præcellere in arte, Rodolphum,
Par laus Agricolam debita méque manet.*

Alardus

Alar-

Alardus Amstelrodamus

Belga.

Literarum Græcarum & Latinarum
peritissimus :

in

quibus percipiendis Coloniæ ac Lovanii pluriuum ei
à pueritia fuit studii ac temporis.

Logicarum præsertim artium singularis
æstimator.

Quas postea in Academiâ professus Lovanii,
scholis illustravit doctissimis;

Multorum præterea Græcorum auctorum,
maxime Hippocratis interpres
egregius;

Operum Rudolphi Agricolæ fidelis
explicator:

Felicem sui memoriam ob multiplicem
eruditioñem relinquens
posterioris.

Obiit Lovanii Anno

M. DC. XLI.

AMER-

AMERBACHIUS BONIFACIUS
Juris-Consultus.



Culmen hic est Juris, Themidi, Phæboq; dicatus:

Quicquid habet jus hic laudis, id omne tenet.

Bonifacius

Bonifacius Amerbachius.

Basileæ Rauricorum natus Anno M. CCCC. XCV.

Patre Joanne Amerbachio, cive primario:
Quo nullus suo seculo fuit, cum in excudendis Libris
nitidior, quod sumptuosæ dexteritatis est.

Tum in iisdem ad veterum exemplarium Fidem resti-
tuendis diligentior, quod eruditionem & Labo-
rem requirit.

Magister Philosoph. & liberal. artium in Patria saluta-
tus. Anno M. D. III.

Civilis sapientiæ ac Juris prudentiæ in Italia & Gallia
per studiosus:

In qua summum Docturæ gradum Avinione cum laude
consecutus est:

Quam multis postea annis publicè in Academiâ Basi-
leæ Professus,

Summa cum admiratione, & commendatione

Eloquentiæ atque Sapientiæ:

Reipubl. Christianæ, cùm docendo, tūm de jure re-
spondendo profuit plurimum:

Magnus illius Erasmi familiaris non modò in vita
amicus, sed & hæres, unā cum Hieron. Fro-
benio & N. Episcopio

ex

voto nuncupatus.

Omnium seculorum Memoria Vir dignissimus,

Obiit Basileæ Calend. Februarii. Anno

M. D. LXIV. Ætat. LXVII.

ANHALTINUS PRINCEPS GEORGII
Ascaniae Comes, Praepositus Magdeburgensis.



Ascaniae Princeps, pietatis idoneus auctor,
Illustris praeceptor gloriior esse Dei.

Geor-

Georgius , Dei Gratia , Illustriss. Germaniae
Principibus,

Familia antiquissimæ nobilitatis prognatus,
Patre Ernesto , Principe Anhaltino , Comite Ascaniæ
Bernburgi & Servestæ Domino &c. Anno

M. D. VII.

Princeps omnibus animi & corporis dotibus egregiè
ornatus.

Primis Studiorum rudimentis positis feliciter
Vitebergæ.

Quum rarissimo à multis seculis exemplo Sacrosanct.
Theologiae totum sese addixisset :

Magdeburgenſis ac Miſnenſis electus Ecclesiæ
Præpositus.

Optimi & Principis , & Pastoris , perfunctus munere:
Magna laude , & auctoritate propemodum Divina.

Quò felices illius subditi haberent , quem & in terris
Dominum agnoscerent , & ut Duccim in Cœ-
lum præ euntem sequerentur.

Singulari omnium virtutum sanctissimo exemplo sui
ordinis hominibus in medium proposito:

Quin & publicis ingenii præstantis , & sanctæ operæ
monumentis apud posteros relictis quam
plurimis :

Obiit felicissima morte , completo Æ. atis Anno
XLVI. XV Calend. Novemb. anno M. D. LIII.

APIANUS PETRUS.
Mathematicus.



Gaudet aerisonus Ptolomæi nomine Nilus :
Certe Germanis sum Ptolomæus ego.

Petrus

Petrus Apianus Benevicius.

Leūnicæ natus in Misnia,

Astronomus & Cosmographus sui seculi inter primos
lummus:

Mathematicarum disciplinarum in Academia Ingolst.

Professor atque illustrator

maximus.

Carolo V. Cæf. Aug. ob id acceptus habitus
mirificè

à

quo ,

Ob fidem magisterii præstitam & Equestris dignitatis
ornatus titulo ,

&

Honoribus auctus est
amplissimis ,

Astronomicis instrumentis inveniendis admodum
insignis.

Opere egregio illo Cosmographicō , unā cum aliis
quibusdam ejusdem generis monumentis, post
serlicito :

Pro se etiam filio hærede suæ Disciplinæ Philippo in
Terris substituto :

Mortalibus solutus exuviis ,
in

Cœlum rediit , animo immortalis , Anno
M. D. LII. Aprilis die XXL

B 3

AVEN-

AVENTINUS JOANNES.

Bojus Historicus.



*Bojorum veteres renovavi gentis honores:
Complexus magnum fascibus historiam.*

Joan-

Joannes Aventinus cognom. Turmainus,

Abusina Bojariæ Oppido natus , Anno
M. CCCC. LXVI.

Post patriam Scholam Ingolstadii in literis egregiè
eruditus.

Lutetiæ Parisiorum Magister bonarum artium salu-
tatus :

Quas multis dehinc annis Vicennæ Austriae , Cracoviæ
Ingolstadii publicè privatimque Professus ,

Neque ita multo post Illuстр. Bojariæ Principum
Ludovici & Arnesti

Doctor constitutus :

Quo ipse munere cum laude defunctus , quum historiæ
scribendæ Studio flagraret mirifice .

Perlustratis Germaniæ ferè totius , ac præcipue Boja-
riæ monumentis & Bibliothecis ;

Magni vir laboris , summaque industriæ ac Lectionis
planè reconditæ :

Annalium reliquo post se opere absolutissimo :
Satur ævi , satur gloriae .

Obiit Ratisbonæ V. Id. Januar. Anno M. D. XXXIII.
Ætatis LXVIII.

In Æde Div. Heymerani sepultus.

BRANDUS SEBASTIANUS.

Juris - Consultus.



*Jurisconsultus poteram, & simul esse Poëta:
Barbaries secli ni vetet ipsa mei.*

Seba-

(17)

Sebastianus Brandus.

qui &

Titio.

nominatus.

Argentorati Urbe Imperii Sacri tum Temporis
liberà natus,

Anno M. CCCC. LIIX.

Artium humaniorum Basileæ perfecto Magisterio
Quarum exornandarum atque illustrandarum Studio
flagrans incredibili;
Optimis quibusque auctoribus in publicum propositis
&
ab interitu vindicatis,

Magnum & Patriæ & sibi passim nomen comparavit.

Poëta pariter, & Jure Consultus Seculi sui eximius.
Præstantis Ingenii sui monumentis utrinque relictis
quām plurimis.

Obiit Argentorati

Anno M.D.XX.

B 5

BREN-

BRENTIUS JOANNES,
Theologus.

18 imp



*Tot lucubratus, tot Christo sancta locutus,
Ipse senex obeo, non sine laude, Diém.*

Joannes

Joannes Brentius,

Weilæ Sueviæ oppido Imperiali natus , Anno
M. CCCC. XCIX.

Primæ laureæ anno Ætatis XV. secundæ XVIII. insi-
gnibus Heidelbergæ decoratus.

Admodum Juvenis divinas & humanas professus lite-
ras, magno applausu discentium.

Halæ Suevorum Ecclesiastes constitutus Anno XXII.

Reformandæ eā in Urbe totaque Germania
una cum M. Luthero & Ph. Melanchtone
auctor optimus maximus :

Magno cum discrimine vitæ & fortunarum :
Tubingam demum , auspiciis Huld. Ducis Wirte-
bergia evocatus ,

Academia Commissarius & Antistes Ecclesiæ ;
tandem

Stuggardiæ , Christophori Ducis vocatu , Pastor ac
Præpositus Ecclesiæ verè Apostolicus :

Quo ipse munere ad vitæ usque finem summâ Religio-
ne, Fide , Prudentia, Dexteritate, Industriâ, Vigi-
lantia functus est, maximo commodo Reip.
Christ. universæ.

Colloquiis Religioni componenda Imper. adhibitus ,
Augustæ , Haganoæ , Wormatiæ , Ratisbonæ ,
Tridenti.

Commentariis in Biblia Sacra universa exegeticis ,
aliisque præterea Scriptis dogmaticis editis
clarissimis.

Obdormivit in Domino , Anno Salutis M. D. LXX.
Ætat. LXXI. Mens. II. Dies XX. Septemb. XX.

BUCE-

BUCERUS MARTINUS,

Theologus.



Dum vivo Christum doceo: pro munere Cælum;
 Dat Christus: negat hinc Papa cruentus humum.

Martinus

Martinus Bucerus.

Selestadii celebri Alsatis oppido natus , Anno
M. CCCC. XC I. cui ex Dominicanorum cœnobio,
Lutheri voce, Wormatiæ coram Cæsare liberè
loquentis excito , variisque insidiis
post appetito.

Restitutam apud se Argentina (ut & Ulma) Iubens
debet Ecclœsiam.

Cujus & eruditionem singularem & zelum pietatis exi-
mum , cum eximia prudentiâ conjunctum , omnibus
seculis testabuntur , tum doctissimæ ipsius lucubratio-
nes , & in publicis comitiis disputationes habitæ:
tum pro Ecclesiæ pace , quamvis non
felici semper successu , labores
exhausti :

I s igitur Theologus verè Aretius Bucerus , post vicen-
nium integrum quo Argentinæ sacras literas in
Ecclœsiâ & Scholâ docuit , in Angliam
demum profectus ,

Eduardo VI. Religiof. Rege vocante , Cantabrigiæ in
Academia Theologiam , summo cum doctorum
piorumque omnium concursu circiter
biennium professus .

Quum placida morte prid. Cal. Mart. M. D. LI. an-
num ætatis agens LXI. obiisset.

Quinto post anno , everlo post Edoardi Regis obitum
Religionis statu , erutus crematusque anno M. D. LVI.
Martyrii palmam tulit.

Quarto rursus post anno , admirabili rerum vicissitu-
dine , sub Elisabetha Regina , judicis adversus
innocentem publicè rescisso , in integrum
restitutus , Anno M. D. L.

BU-

BUDÆUS GUILIELMUS,

J Ctus Consiliarius Regius.



*Sol utriusque vocor linguae Græce atq; Latine:
Haud satis hoc, Juris Sol utriusque vocor.*

Guli-

Guilielmus Budæus,

Lutetiae Parisiorum celebri Literarum domicilio
natus & educatus.

Tum Græcæ, tum Latinæ Linguae cognitione omnium
non modo Galliæ, sed totius etiam Europæ
longe eruditissimus.

Civilis in primis sapientiæ & Juris prudentiæ laude
celeberrimus.

Senator Regius.

Supplicumque in Regia Libellorum Magister:
Quum perennem spectaret laudem, & rei familiaris
fortunas

Honoresque aulicos, ingenio suo, & sperata gloria
multò arbitraretur viliores:

Sexaginta amplius annis in ocio literario consumptis,
ita

Ut summæ eruditionis Libro de Asse, alteroque in
Pandectas edito, ac infinita demum lectione con-
fectis commentariis utriusque linguae, nulli
communicata laude, æquales omnes

Doctrinæ auctoritate
superaret.

Morum præterea sanctimoniam

Vitæque inculpatæ insignis innocentiam;
Piè tranquilleque vitâ excedens, abdicatis testamento
priùs omnibus prorsus funeris & tumuli
honoribus,

Fato functus est, noctuque tumulatus

Anno M. D. XL. Ætatis LXXIII. Die XXII.
Augusti.

BUGEN-

BUGENHAGIUS JOANNES,
Pomeranus, Ecclæsiæ Witebergæ Pastor.



*Quo doctore fidem profitetur Dania Christi :
Jessa & Citharæ laus Pomeranus eram.*

Joan-

2001
Joannes Bugenhagius,
Pomeranus, Julini natus Anno M. CCCC. LXXXV.
Primo studiorum tyrocinio Gryphiswaldiæ in Academ-
mia facto.

Literator juventutis primùm Treptæ proclamatus, ac
dein Presbyterorum adjunctus Collegio.

Lectionibus operam dans Sacris & concionibus po-
pularibus, demum Christianismo per Lutherum
instaurato, Witebergam evocatus

Anno M. D. XXI.

Summus Ecclesiæ Pastor & Academiæ Professor
creatus.

Qua in statione ille totos annos XXXVIII. summa-
tum fide, tūm Diligentiā ubique præstitā,
constantis, perseveravit.

ab

Omni prorsus alienus ambitione & avaritia:
Quum ad splendidos Pontificatus suscipiendos à sum-
mis Regibus & Principibus sèpius
invitaretur.

Plerisque interim Ecclesiis Septentrionalibus, Dania,
Pomeraniæ, Saxoniamè recteque constituen-
dis operam præstans fidelem.

Tanquam Legatus Dei & Evangelista sanctiss. beata
sui memoria relicta,

Obiit placidè Vitebergæ, annum agens vitæ LXXXIII.
XX. Aprilis Anno M. D. LVIII.

C

BUL..

BULLINGERUS HENRICUS
Theologus.



*Sic vixi, sic vivo meis nunc denique Libris:
Ut nunquam videar mortuus esse bonis.*

Henr.

Henricus Bullingerus.

Bremogarti, Helvetiorum oppido natus Anno
M. D. IV.

Embricæ primò, dein Coloniæ Agrippinæ literis eru-
ditus humanioribus, & in his Magisterii titulo
insignitus:

Capellæ dehinc ludo præfектus literario per integrum
sexennium:

Sacris post præfектus concionibus
in
Patriâ:

Tiguri tandem Pastor & Antistes Ecclesiæ in Zwinglii
locum suffectus,

Quam annis XLIII. singulari fide & industria
administravit.

Lucubrationibus propemodùm infinitis de Religione
partim Didacticis & Exegeticis, partim Polemi-
cis & Dogmaticis, paßlim in toto Orbe
Christiano nobilitatus.

Obiit senex Tiguri XVII. Sept. Anno Salut. Christ.
M. D. LXXIV.

Ætat. LXXI.

C 2

CAL.

CALVINUS JOANNES,
Theologus.



*Gallia me recipit doctore & Scotia Christum:
Pastorem sepelit culta Geneva suum.*

Joan-

Joannes Calvinus.

Novioduni Veromanduorum celebri oppido natus,
Anno M. D. IX.

Lutetiae primo Philosophiae, dein Aurelianii & Bitu-
rig. Jurisprudentiae simul ac Theologiae
exultus Studiis.

Basileae totus Hebraicis addictus Literis;
Italia dehinc à limine salutatè Patriæ valedicens Gal-
liae, in Germaniam per Allobroges regressus,
Genevæ præter speim ac votum, non modò conciona-
tor, sed & Sacrari. Doctor literarum à S. P. Q. G.
delectus, Anno M. D. XXXVI.

Quâ in Urbe Christianam Religionem ac disciplinam,
Anti-Christi jugo liberatam cum Guil. Farello &
Pet. Vireto primus constituit, infinitis
cum Difficultatibus;

Ob quas deinceps Urbe aliquanti per excedens, Ar-
gentinæ interim Gallicanam constituit
Ecclesiam;

Restitutus demum Genevæ, summâ omnium volun-
tate, deniō instauratam Ecclesiam ac constabili-
tam, totos annos XXIII. continuos
gubernavit.

Commentariis in S. S. exquisitis, ac præterea Libris per
multis dogmaticis, maxime de Eucharistiæ negotio
editis clarissimis;

Obiit ex Phthisi, vigiliis & jejunii immodicis con-
tracta Anno Domini M. D. LXIV. Ætat.
LIV. Dic XXVII. Maii.

C

CHEM-

CHEMNITIUS MARTINUS,
Theologus.



Pontificum normâ decreta examino sanctâ :
Sit fidei testis Urbs tua, Bruno, meæ.

Marti-

Martinus Chemnitius.

Brunsvigi , Urbe Saxoniæ liberâ natus Anno
M. D. XXII.

Optimis semper disciplinis Vitebergæ deditus
sub

M. Luthero & Ph. Melanchtone Doctoribus clariss.
Philosophus & Theologus
summus :

Antistes Ecclesiæ Brunsvicensis , fidelis pariter
ac
diligens :

Multis egregiis de Religione scriptis libris , ac inpri-
mis Examine illo Concilii Tridentini in Publi-
cum proposito , toto Orbe terrarum
celebratus :

Cui neque Studio veritatis & bonarum artium , ne-
que laude officii facile quisquam esset
anteponendus.

Magno cum bonorum omnium luctu & dolore ,
Sibi quidem non præmaturè , sed admodum intem-
pestivè Ecclesiæ

Evocatus in cœlestem patriam
Obiit

Anno Salutis M.D. LXXXVI.

Ætatis LXIV.

C 4

CIS-

CISNERUS NICOLAUS,
Juris-Consultus.



*Jus docui, dixique : scit Heidelberga ; Palati
Imperii Schola scit Spira, forumque sacri.*

Nico-

Nicolaus Cisnerus,

Mosbachii Palatinatus Elect. oppido natus, Anno
M. D. XXIX.

Speciatae vir industriae, ac Virtutis:

Qui multiplicè exquisitaque omnium pænè literarum
præstans Scientia:

Philosophiae & Jurisprudentiae Doctor
celeberrimus.

Academiæ primò Heidelbergensis Antecessor
Juris civilis solertissimus;

Dein supremi Cameræ Imperialis Judicij Assessor,
per annos XIIII. integerrimus:

Projudex tandem & Senator Illuſtr. Septem Vir curiæ
Palatinae dignis.

Per eruditis in omni Doctrinæ genere ac præsertim in
jure libris scriptis immortalem nominis sui lau-
dem, & gloriam apud omnes mortales reli-
quit sempiternam.

Justitiæ & Aequitatis Antistes ac Præses Optim.
Maxim.

Musarum, & Historiæ cultor eximius:

Piè sancteque mortuus decessit Heidelbergæ, Anno
Salut. M. D. LXXXIII.

Prid. Idus Martii.

Ætatis Anno LIII. Mens. XI. Dies VI.

C 5

COCH-

COCHLÆUS JOANNES,
Theologus Pontificius.



*Patria Noris erat : sed mens diversa fidesq;
Pontificum calamo tutor, & ore fidem.*

Joan-

Joannes Cochlaeus.

Noriberga civitate libera Imperiali natus :

Multijuga instructus cruditione ,

&

Sacris totus deditus literis :

Pontificiæ Religionis ab extrema pueritia sectator
perseverantissimus ;

Moguntiæ primò , post Uratslaviae factus
Canonicus :

Magni illius Lutheri & Melanchtonis
adeoque

Orthodoxæ fidei Evangelicæ hostis
in omni vita acerrimus.

Summo & inexpugnabili cum his dimicans odio
in

Comitiis Imperii , & colloquiis Wormaciæ,
Augustæ , Ratisponæ :

Multis præterea & variis , pro Canonicæ Scripturæ ,
&

Catholicæ (si Dis- placet) Ecclesiæ
Auctoritate

Libris in publicum propositis.

Obiit Uratslaviae , Anno

M. D. LII.

COPER.

COPERNICUS NICOLAUS,
Mathematicus.



Quid tum? si mihi terra movetur, solq; quiescit,
Ac Cœlum, constat calculus inde meus.

Nico-

Nicolaus Copernicus.

Torrunæus Borussus

natus

Anno M. CCCC. LXXIII.

Mathematicarum Studiis disciplinarum eruditissimus;

Aristarchi Samii potissimum paradoxa fecutus:
Quum Terram mobilem , Solem in medio Universi
immobilem ,

non tam re & veritate,

Quam specie quadam , & salvandæ Doctrinæ suæ
causa , constitueret.

Revolutionum tabulis in lucem editis ,
unâ cum

Canone Triangulorum:

Cætera Vir insigni pietate , virtute , morum humanitate prædictus :

Moritur Septuagenarius

Anno

Salutis Christianæ

M. D. XLIII.

COR.

CORNARIUS JANUS,
Medicus.



*Quos Medicos laudet scriptores Græcia docta:
Per me nunc Latii nobilis ora legit.*

Janus

Janus Cornarus.

Cygnæus,

Summus Philosophus & Medicus excellens:
Literarum præsertim Græcarum & Latinarum cogni-
tione præstans liberali,

Qui

&

Theologos illos veteres, Basiliūm, Epiphaniūm, Chry-
ostomūm, aliosque: præterea

Medicos Græcos, Hippocratem, Galenūm, Aërium,
Latio donavit.

Aliis quoque Philosophis & Medicis Latinis, Mar-
collo, Macro, Merboldo, Adamantio, Par-
thenio, cæteris

Fideli opera & studio
illustratis.

Tum etiam Ifagogicis & Dogmaticis quibusdam
libellis

in

Medicina publicè editis.

Æternum posteritati nomen suum consecravit.

Obiit

Jenæ Anno Salutis

M. D. LVIII.

Ætatis LVIII. XVII. Kal. Apr.

CRA-

CRATO JOANNES,
Archiater Cæsareus.



*Me Cæsar Medicum sibi legit Tertius : alter
Ceu Phœbus, Vates sum, Medicusq; potens.*

Joan-

Joannes Crato

a

Crafheim, Uratislaviæ Urbe Silesiorum
primaria,
natus Anno
M. D. XIX.

Præceptore usus maximè in Germania Philip. Melanthone, in Italia Joh. Bapt. Montano
Medico excell.

Optimus & Philosophus & Medicus,
neque minus Poëtica laude, & literarum elegantia
vehementer excellens.

Cuivis summorum suæ ætatis vel ingenio, vel dignitate, vel gratia, vel fama populi par;
Ferdinandi I. Maximil. II. Rudolphi II. AUG. G. G.
Consiliarius & Archiatrus per annos XXVI. politionis literaturæ Hierophantes; Hygiæ
& Panaceæ Mystes:

alter ceu Galenus, & Hippocrates,
Utroq[ue] Medicorum Principe scriptis suis egregiè
illustroato clarus.

Propter insignem & elegantem doctrinam cum pari
humanitate erga bonos & cruditos conjunctam,
carus omnibus, ac venerandus.

Obiit Uratislaviæ in patria, sine beato & optato:
Annum agens LXVIII. anno Sal. Hum.

M. D. LXXXVI.

D

CRU-

CRUCIGER CASPARUS,
Sanctæ Theologiae Doctor.



Lipsia dat Patriam: cathedram dat Leucoris alma,
Ac tumulum; nomen crux mihi sancta Dei.

Caspar

Caspar Cruciger

Lipsiensis, Calend. Januar. natus Anno
M. D. IV.

Præceptoris usus in Patria Casp. Bornero & Petro Mo-
sellano domestico, amplius quadriennio;

Colophone studiis suis Vitebergæ imposito : trium
linguarum egregie peritus :

Omni præterea liberali arte & Doctrina polius : Ma-
thematum præsertim, & Physicæ, & Medi-
cinae studiis excellens.

Summum post Doctrinæ gradum in Theologia

adeptus

&

Doctor salutatus,

Quam non viva solum voce, sed & scriptis amoeniss.
ingenii & fidei sanctiss. testibus,
plurimum

illustravit atque propagavit.

Fidus Christi præco, & fidelis M. Lutheri in opere
Domini conficiendo

Adjutor & Socius.

Obiit in statione sua Vitebergæ, corporis viribus in-
genium minime adæquantibus, florente adhuc
ætate: Anno vitæ confecto

XLV.

Salutis

M. D. XLVIII. Die XVI. Novemb.

D 2

CURIO

CURIO COELIUS SECUNDUS

Philosophus.



*Cælo mens affixa prius mea, nunc quoque cælo
Vrbit, quam scite Cælius ecce vocor!*

Cælius

Cœlius Secundus Curio.

Cyriaci Taurinorum oppido natus Anno
M. D. III.

Monticalerii educatus prima pueritia : Adolescens
Taurini ingenuis imbutus artibus :
Quum ob sinceram fidei Christianæ doctrinam , quam
ab ineunte ætate , spreta superstitione Pontificia ,
amplexus fuerat , varias ab hostibus perse-
cutiones , carceres , vincula pa-
sus esset :

Semper tamen post tot Eporidiæ , Taurini , Lucæ in-
tentatas mortes atque flamas , præsentissima
numinis ope mirabiliter creptus .

Præcipuis Italiae in Urbibus , ac præsertim Mediolani
& Papiæ , fama eruditionis & religionis suæ
passim sparsa ,

Quum ob Pontificis Romani insidias amplius in Italia
se tutum esse non posse videret ,
Lausannæ primò amplius quadriennio , ac dein Basileæ ,
à qua & Magisterii insignibus ornatus & civita-
tis jure donatus fuit , Philosophiæ & Elo-
quentiæ studia professus annis prope-
modum XXIII.

Præclara sui memoria ad immortalitatem tūm docen-
do , tūm scribendo post se relicta ,
Magna cum laude veræ pietatis & humanitatis , insi-
gnisque constantiæ

Excessit è vivis ætatis suæ Anno LXVII.

Salut. M. D. LXIX. ad VIII. Kal. Octob.

DRACONITES JOANNES,
Theologus,



Tam benè tot linguis apto dum Biblia sancta,
Heu morior, morior? nunc quoq; vivo Deo.

-A.D.

Joane

20 Joannes Draconites

Caroloſtadius Francus.

Primo ætatis ſuæ tempore in ſtudiis Literarum &
Doctrinæ Erfordiaæ conſumpto,

Quas eodem in loco honores adeptus ſcholaſticos ;
aliquandiu publicè & privatim cum laude
docuit :

Sacrosancta Theologiae D. Vitebergæ renunciatus :
Post Marpurgi : deinceps Rroſtochii ſacras literas
profellus ;

Dehinc Sambiensis Ecclesiæ Præſul conſtitutus ;
Inde Vitebergam regreſſus , opus Biblicum quintu-
plex , ad instar celebratæ illius monumentis
veterum Origenis opere , ut & alterius
recentioris Complutensis , animo
agitans .

Cujus ſpecimen in medio reliquit ſanè egregium ,
&

poſteris admirandum ;

Inter pios & sanctos conatus . Vir optimus & doctiſ-
ſimus , ac imprimis Lingua Hebreæ , Chaldeæ ,
Grecæ , Latinæ , præter vernaculaſ
peritissimus ,

ē

vita evocatus ,

Magno Reipublicæ & Ecclesiæ cum detrimenTo .
Obiit

Vitebergæ major Septuagenario , Anno Sal.
M. D. LXVI. die XVIII. Aprilis.

D 4

Ebe-

EBERUS PAULUS

Theologus:



*Qui fueram Sophia, Christi sum deniq; Doctor:
Si Corpus parvum, mens nibi magna sat est.*

Pau-

ERASMIUS DE SIDERIUS

Paulus Eberus.

Kittingæ Franciæ Oppido natus,

Anno

M. D. XI.

Post Patriæ Scholam, ad spem uberioris doctrinæ
primo.

Onolsbachium commigrans,

Æger anno vix exacto in patriam reversurus,

ab equo raptatus consternato, multis cor-

poris partibus miserabiliter luxatis,

magnam valetudinis suæ passus

jacturam;

Eâ demum confirmata, Vitebergam profectus, homo
in omni judicio elegantissimus, Philosophia
pariter ac Theologiæ studiis summè
deditus;Summos in utraque sapientia tam divina quam
humana honores cum laude promeritus;Professor tandem utriusque in Academia annis circiter
XXXVIII.

clarus ac eloquens;

Pastor præterea Ecclesiæ, & Antistes verus
vigilansque

Sacrae historiæ & Philologiæ in primis

Studiosus,

Quam & compluribus ingenii monumentis egregiis plu-
rimum illustravit, & ad posteros propagavit.

Piè sanctèque obiit Vitebergæ

Anno salutis die X. Decembris MDLXIX.

Ætat. LVIII.

D 5

ERAS.

ERASMUS DESIDERIUS

Roterodamus.



*Quid Batavos rides ? Batavus sum magnus Erasmus :
Magnus & ingenio : magnus & eloquio.*

DESIDI-

Desiderius Erasmus.

Roterodainus Batavus , natus anno
M. CCCC. LXV.

Sub Alexand. Hegio Doctore primis studiorum Da-
ventriæ positis rudimentis;

Colophone dein Lovanii & Cantabrigiæ & Bononiæ
feliciter his imposito

Sacrae Theologiae Doctor Taurini creatus ;

Ob incomparabilem in omni disciplinarum genere e-
ruditionem , & inexhaustam ingenii uberta-
tem , pari conjunctam eloquentia &
prudentia :

Quam immortalem sibi editis lucubrationibus innume-
ris comparavit , iis tantisper , dum orbis sta-
bit , superfuturus , ac eruditis ubique
gentium collocuturus .

A

Summis Pontificibus , Cæsaribus , Regibus atque
Principibus orbis Christiani summè expe-
titus atque honoratus ;
Phœnix Germaniæ .

Omnibus modis Vir maximus , & ob ingenii morum-
que suavitatem verè Ερασμος ac planè potius
Desiderius ?

Obiit Septuagenarius Basileæ , cuius ille hospitio
urbis in primis matura ætate delectatus
fuerat ,

M. D. XXXVI. Eid. Jul.

FAGIUS

FAGIUS PAULUS.

Theologus.



Querere, quis fuerim, noli: mens una, fidesque
Bucero mecum, vitaque morsque fuit.

Paulus

Paulus Fagius
Palatinus, Tabernis Rhenanis natus Anno
M. D. III.

Primis studiorum fundamentis Heidelbergæ positis,
quum sanctæ linguae studio arderet incredibili.

Sub

Capitone Doctore, cui postea successit, Argentinæ ad
miraculum usque peritis. ejus evadens, ipsis Judæis
testibus Iñæ primum moderator scholæ,
dein Pastor factus Ecclesiæ:

Petro Buflero, Senatore ejus urbis primario, Patrono
usus incomparabili, sancta in lingua exornanda, una
cum Elia Levita Judæo Veneto doctis. Argenti-
nam demum evocatus, & in ea (Constan-
tia urbe prius tamen reformata
etiam per biennium)

tum

Pastoris, tum Doctoris egregiè munus sustinens, tan-
dem periculosis. Germaniæ tempestate,
Cæfare victore,

Anno M. D. XLIV.

in Angliam abreptus cum Bucero collega & Synaspiste,
Cantabrigia vix salutata (heu) mortuus anno

M. D. L. Prid. Idus Novemb.
annum vitæ agens XLV.

Eandem quinto post anno cum Bucero martyrii pal-
mam, Marianis temporibus exhumatus ac cre-
matus, tulit.

Simul postea cum eodem sub Elisabetha Regina ipsius
memoria in integrum restituta.

Anno M. D. LX.

Fichar-

FICHARDUS JOANNES

Juris-Consultus.



*Jus Musis, Musas exorno jure vicissim:
Consilio prudens, eloquioque potens.*

Joan-

Joannes Fichardus

Patrius Francofurtanus natus anno
M. D. XII.

Optimus & Vir, & Jureconsultus:

Multa doctrina, plurimo rerum usu:
sub

Huldr. Zasio JC. Doctore multis annis Friburgi Brisgo-
viæ in Jurisprudentiæ studio versatus, & una cum
Joan. Sichardo summum Docturæ hono-
rem consecutus.

Spiræ Nemetum in supremo Imperii Germanici tribu-
nali aliquandiu feliciter exercitatus,

Patavii demum ac Bononiae cæterisque Italiae Academiis
confirmatus plurimum: Reipubl. Syndicus in patria
per annos XLIV. clariss.

Multorum præterea Principum ac Procerum Imperii
Consiliarius Sapientissimus.

Plurimis non modò veterum Jure Cons. commentariis;
sed & ingenii monumentis sui pulcerrimis & col-
lectaneis utilissimis in publicum editis
nobilitatus:

Decus eorum, quibus cum vixit, & patriæ,
imò Germaniæ totius, & seculi sui
ornamentum.

Functus vita decepsit Francofurti ad Mœnum
annum agens LXX.

anno

M. D. LXXXI.

FLA-

FLACIUS MATHIAS

Illyricus, Theologus.



*Scire meum vis dogma? homo totus culpa, scelusque:
Quid blateras? virum sic Manichaeus ero?*

XXXII. M.

A.H.

Ma-

Mathias Flacius Illyricus

Albonæ natus anno

M. D. XX.

Cognoscendæ Evangelicæ doctrinæ ardens
magno desiderio:

Basileæ primò, dein Tubingæ, post Vitebergæ in studiis
pietatis versatus,

Linguæ sanctæ in Academia Professor,
Dehinc bello Germanico profectus

Magdeburgum,

Quò loci cùm alia scripta dogmatica innumera, tūm
opus illud historiæ Ecclesiasticae passim notum
cum suis Collegiis in publicum
protulit;

Jenæ tandem Theologiam professus:
sed

ob motam cum Vict. Strigelio de libero arbitrio
controversiam implacabilem post quinquen-
nium dimissus:

Denique Ratisbonæ, Antwerpiae, Francofurti, Ar-
gentorati aliquot annis exulans,
Obstinatus dogmatis sui de peccati substantia semel
professi defensor,

Mortem obiit Francofurti ad Mœnum V. Id. Mart.
Anno

M. D. LXXV.

ætatis

LV.

E

FOR-

FORSTERUS JOANNES,
Hebræus Theologus.



*Patria sit quamvis Augusta & Suevica tellus:
Arguit Hebræum me sacra lingua magis.*

Joan-

Joannes Forsterus

Augustæ Vindelicorum natus Anno
M. CCCC. XCV.

Permuliis Germaniæ Academiis perlustratis,

Linguarum præcipuarum potissimum
habens studium.

Vitebergæ Sacrae Theologiae Doctor
pronunciatus,

ac dein

Linguæ Sanctæ in Academia Professor longe doctiss.
habitus,

Quam & Lexico edito illustravit & amplificavit
plurimum;

Post fidelem multis annis Reipubl. Christ. navatam
operam.

Iisdem studiis, quibus contentus vixerat, immortuus
feliciter.

Obiit

Anno ætatis

LXI. die XII. Decemb.

&

Domini

M. D. LVI.

E 2

FUCH.

FUCHSIUS LEONHARDUS
Medicus.



*Artem si Medicam spectas, novus ipse Galenus:
Si plantas, novus en exito Dioscorides.*

Leon-

Leonhardus Fuchsius

Wembdingæ Rhetiæ oppido , natus Anno M. D. I.
Primis literarum rudimentis Heilbrunnæ positis,
per omnes honores ascendendo scholasticos :
Boharum artium Baculaureus Ephordiæ salutatus :
Magister Philosophiæ Ingolstadii : & aliquot
annis post Medicinæ Doctor
appellatus.

Quam & publicè aliquandiu professus est eadem in Aca-
demia , summa cum fide & diligentia.

Post

Onolsbachii Medicinam factitans Princip. March. Bran-
deb. Archiatrus.

Inde Ingolstadium revocatus , sed religione obstante
Onolsbachium regressus ,

Tubingam denique ad Medicinam publicè docendam
evocatur ,

Quam ipse & ratione optimâ & oratione sapientissimâ ,
multis annis fideliter & studiosè explicavit ,
omnium cum magna gratia admi-
rationeque .

Commentariis præterea innumeris , spectatæ eruditio-
nis atque scientiæ , in omni medicinæ genere pluri-
mum illustravit ;

Exemplum diligentia & laboris ,
Decus & ornamentum Academiæ singulare ,
Optimè de præsentibus posterisque meritus .

Obiit

Summa cum testificatione & constantia , fideique in
Christo

Anno M. D. LXVI. Idus VI. Maji.

Ætatis LXV. feliciter.

E 3

GES-

GESNERUS CONRADUS
Philosophus & Medicus.



*Plinius alter eram, per me vis jam liqueat omnis
Natura, ingenii vi superata mei.*

Con-

Conradus Gesnerus

Tiguri, urbe Helvetiae primaria, natus anno
M. D. XVI.

Post patriæ scholam, Argentinæ primò, dein Biturigibus
Avaricum, & Lutetiæ Parisior. optimis eruditus
disciplinis

Lausannæ post Græcas professus literas per
triennium,

Basileæ demum supremam in Medicina laureolam
adeptus,

Tandem constituto Tiguri perpetuo domicilio,
Qui in urbe is & medicinam fecit & philosophiam
publico docuit stipendio, annis
XXIV.

Pietate duce, virtutibus reliquis comitibus, omnia
naturæ arcana perscrutatus:

Dum de aliorum utilitate promovēnda magis,
quam de propria salute tuenda cogitat,
editis in omni literarum genere, prælertim verò
Medicinæ & Natural. philosoph. lucubra-
tionibus clariss.

Philologus & Polyhistor,

Germaniæ lumen, Helvetiæ decus,
Ecclesiæ, Scholæ, Reipublicæ, bonorum denique
omnium cum incredibili tactu,
Blandiss. eademque atrociss. pestil. absumptus,

Obiit Tiguri,

Anno

M. D. LXV. die XIII. Decemb.

Ætatis XLIX.

GAYLERUS JOANNES,
Cæfarisbergius, Argentinensis Ecclesiæ concionator.



*Sacra docens, fidei monstrasti lumina sanctæ,
Clarius Argyrope mox habitura decus.*

Joan-

Joannes Gaylerus

Alsatius.

Patria natus Monte-Cæfaris oppido Imperiali,
Perlustratis variis Orbis Christiani Academiis,
Præclaram non philosophiæ solùm, sed in primis
Theologiae studiis perdiscendis asse-
cutes gloriam,

quam

Ipse maximâ cum admiratione summæ eloquentiæ,
memoriæ, constantiæ, non uno postea loco,
publicè professus:

Literarum divinarum Doctor sanctissimus,
Sermonibus per multos annos sacris habitis præter
patriam,

Heripoli, Basileæ, Friburgi,
Tandem sacris praefectus Argentinæ concionibus in
summo Templo

Petro Scoto Consule prudentiis, auspice rem moderante
atque constitiente divinitus,
in quo

Munere versatus cum laude & gloria annis totis XXXII.

Tanto pietatis zelo, & tam claro innocentis vitæ,
vivæque doctrinæ exemplo,

Præcipuis Germaniæ Antistibus, insuper etiam Divo
Maximiliano Aug. Cæs. carus ob id maxime
habitus.

Obiit

A N N O

M. D. X. Eidibus Martiis,
Ætatis LXXVI.

GRATAROLUS GUILIELMUS

Bergomas Medicus.



*Cara valetudo Medico sua, cara suorum:
Ut recte valeas, te mea scripta docent.*

Gu-

Guilielmus Gratarolus

Bergomo,

Galliae Cisalpinæ oppido
natus.

Medicus pariter ac philosophus excellens:

Physiognomon in primis, & naturæ speculator
solertissimus

Memoriae & valetudinis tuendæ servandæque libris
accuratè pulcreque scriptis,
celebris:

Chemicorum etiam præcipuorum monumentis uno
volumine editis,

Aliorum præterea clarorum Medicorum consiliis
publicatis,

Toto terrarum orbe cognitus.

Ex vita decessit mortali

Anno

M. D. LXVI.

GRY-

GRYNÆUS SIMON

Theologus & Philosophus,
Oppido Feringæ prope Basileam natus.



*Quām pius & doctus, tam suavis moribus exsto?
Mente probus, vita sanctus, honore gravis.*

Simon

Simon Grynaeus

Oppido Helvetiorum Feringæ natus & educatus:

Magnus Philosophus simul & Theologus,
qui

Virtutibus, scientia, vitae probitate, moribus
maximus,

Linguisque Palæstina, Latina, Attica &c. non aliter ac
sermone plebejo usus;
tam propè Eloquentiae Ciceronianæ accessit, ut nemo
propius:

fuit alter Aurelius sacris in literis;
Philosophiam

Viennæ, Vitebergæ, Basileæ multis annis publicè
privatimque professus est,

Multis egregiè Latinis & Græcis auторibus suo nitor
& lumini restituit:

Sibi ipsi quidem satis longævus, licet vigente adhuc
ætate mortuus, utpote cui nihil amplius quod
disceret, superesse videtur;

Cæteris verò intempestivè nimium ereptus, quos
scilicet, quo plura didicerat, eò docere plura,
Vir juvandis aliorum studiis natus,
potuisset.

Obiit

Basileæ ex peste, Calend. Augosti
Anno

M. D. XLI.

Ætatis

XLVIII.

GUAL-

GUALTHERUS RUDOLPHUS

Theologus.



*Sacra docens, scribens quoque sacra volumina : carus
Sum patriæ civis ; fortis Athleta Dei.*

Rudol-

Rudolphus Gualtherus

Tiguri, Helvetiorum urbe primaria, natus
Anno

M. D. XVIII.

Literatum tum divinarum, tum humanarum orparus
egregia scientia,

Poëta æquè bonus, ac orator:

Pastor & Antistes Ecclesiæ Tigurinæ
celebris

Quam ipse annis amplius XL. concionando erudit
diligenter,
&

administravit laudabiliter:

Lucubrationibus in omni genere doctrinæ, ac præfertim
in Theologia, ad posteros transmissis prope-
modum innumeris clarus,

Quod vel Homeliae ejus in libros ferè omnes Prophe-
ticos & Apostolicos, Evangelicosque abunde
testatum faciunt;

Morum gravitate, & vitæ sanctimonia
reverendus.

Obiit

Tiguri, annum agens vitæ

LXXIII.

&

Christiano

M. D. LXXXVI.

HAL-

HALLERUS BERCHTHOLDUS
Theologus.



*Me docet Agrippina Colonia : Berna docentem
Audiit hinc veri cœlica verba Dei.*

Berch-

Berchtholdus Hallerus

Helvetius, natus anno

M. CCCC. XCII.

Magni Vir ingenii, magnæque industriae:
præter

Cæteras Germaniaæ Academias Coloniaæ Agrippinaæ stu-
diis in primis delectatus,

Prima in Theologia laureola ab ea
donatus;

Post in patriam reversus, Bernæ primo Canonicus,
deinde concionator electus:

Colloquio de religione habito publico Badenis,
bis

cum Pontificiis Doctoribus
Eccio & Coldio;

Primus Evangelicæ doctrinæ in patria amplectendæ
suasor & persuasor,
cum

Huldricho Zwinglio collega,
Republica Christiana constituta,
Magno sui desiderio omnibus relicto.

Obiit,

præmatura morte P. S.

M. D. XXXVI.

Anno Ætatis
XLIV.

F

HAR-

HARTUNGUS JOANNES

Philologus.



*Eustathio quantum, tantum mihi debet Homerus:
Catera ne memorem, fama loquetur annus.*

Joan.

Johannes Hartungus

Milteburgi Ostrofranciæ oppido , natus anno
M. D. V.

Vir omni liberali eruditione
politissimus ,

Magister Philosophiæ salutatus Heidelbergæ :
per annos XV.

Græcarum literarum ibidem Professor ;
Friburgi , dein Brisgojæ per cæterum vitæ tempus
annorum

XXXIII.

Singulari cum laude veræ probitatis ,
fidei , industriae ,

Poëeos ac historiæ mirifice studio
flagrans :

Plerisque Græcis ac Latinis Poëtis , & in primis Ho-
mero , Apollonio Rhodio , Q. Calabro , non do-
cendo solùm , sed commentando quoque
à se egregiè expositis atque illu-
stratis :

Multis præterea studii Philologici in medium propo-
sit is monumentis præclaris :

Obiit
Friburgi , senex anno Christi

M. D. LXXIX.

die XVI. Junii ,
ætatis LXXV.

F 2

Hedio

HEDIO GASPAR

Ecclesiast. Argent. Pastor.



*Si vocem fortasse meam Argentina requiris:
Sit vivæ voci muta loco.*

Gaspar

Gaspar Hedio Germanus
Etlingæ honesta natus familia,
Friburgi Primo, dein Basileæ opt. art. studiis
eruditus.

Illic

Magistri Philosophiæ,
hic

Doctoris Theologiæ nomen adeptus.

Ac deinceps, vix dum renata in Germania Evangelii
luce, Moguntini Ecclesiastes constitutus

Anno M. D. XX.

post

Veritatis luce illustratus divinitus,

M. Zellio & M. Buccero tunc prium Argentinæ verum
instaurantibus Christianismum, adjutor

&

Collega datus

Anno M. D. XIX.

Summi Concionator Templi, fidelis pariter ac diligens

per

totos XXIII. annos.

Summus præterea Philistor & Polyhistor fide
dignissimus.

Obiit

Feliciter in Christo, magno sui desiderio cunctis relicto.

Die XV. Octobris M. D. LII.

F 3

HES-

Gaspar

HESSUS EO^BANUS HELIUS

Poëta.



*Rex ego sum vatum : vatum Sol, Phœbus, Apollo :
Fessea fidicen maximus ille lyra.*

Helius

Helius Eobanus Hessus

Tragocomi in Hassia natus Anno
M. CCCC. LXXXIX.

Magna vi & animi & corporis præditus;
primò

Francobergæ in patria optimis eruditus literis,
Ob ingenii, doctrinæ, virtutis præstantiam, omnes
studiorum consecutus honores

ER PHOR DIÆ:

Quo in loco ipse publicè privatimque docendo ut &
Noribergæ ac Marpurgi operam scholis
navavit eximiam;

Musarum & Gratiarum Alumnus;
Poetarum seculi sui Princeps, adeoque ~~Easiv~~ & Rex
verè nuncupatus

Multis præclaris ingenii sui elaboratis monumentis, in
quibus, ceu gemma, eminent opus illud Psalmorum
Davidicorum verè sacrosanctum;

quo

Vel uno singularem sibi & spem gratiæ ac benevolentia
divinæ comparavit, & admirationem sui, &
caritatem reliquit posteris.

Tandem

Morbo consumptus tabifico

Vitam cum Morte commutavit.

Ætatis LII.

III. Non. Octobr.

Anno

M. D. XL.

F 4

HUS.

HUSSUS JOANNES
Academæ Pragensis Theologus.

Igne tremor: mens igne Deipia flagrat: at igne
Corpus deflagrat, perfide Papa, tuo.

2011

Joan-

Joannes Husius Boëmus

natus

in pago cognomine Husseniz.

Præceptore inter alios usus Theologo Joanne Wiclefo,

Anglo, primo Christianismi Reformatore;

Pragæ creatus Baccalaureus artium liberalium

Anno

M. CCC. XCIII.

Magister Philosophiæ anno M. CCC. XCV.

Sacerdos electus & concionator templi Bethlehemici

M. CCCC.

Decanus Academiae M. CCCC. I.

Rector ejusdem Anno M. CCCC. IX.

dum

Magno studio & zelo regnum Christi cœleste contra

Tyrannidem Pontificiam propugnare ac pro-
pagare studet;

Romæ primum à Pontifice Maximo excommunicatus

Anno

M. CCCC. XIV.

Post varia certamina & pericula,

dein

Crematus vivus, violata fide publica, ex decreto
pseudosynodi.

Obiit

Martyr Christi sanctissimus

Constantiae

Dic VI. Julii Anno M. CCCC. XV.

HUTTENUS HULDREICHUS

Eques Francus & Poëta laureatus.



*Martis eram, simul & Musarum fortis alumnus:
Laureolæ decus binc nunc utriusq; fero.*

Huld-

Huldrichus Huttenus,

Eques Francus, natus Anno

M. CCCC. XIIC.

Optimis eruditus artibus omnibus,

Minerva duce ac Magistra;

Literarum pariter, & armorum præstans gloria:

a

DIVO MAXIMILIANO I.

Cæl. Augusto

Ob excellentis ingenii vim ac probatae virtutis
in bello Veneto laudem singularem;

&

Poëta lauro & Eques auro coronatus:

Acerrimus propugnator communis
libertatis,

Religionis Vindex, fideique rectæ constantissimus,
Partium semper studiosus ac defensor bonarum;

MUSARUM & GRATIARUM

Hierophantes incomparabilis.

Obiit

Anno Christi,

M. D. XXIII. Mens. Sextil.

Sepultus in lacus Tigurini insula Ufnavia,
a se Huttenica, hodiè
denominata.

HYPE-

HYPRIUS ANDREAS GERARDUS
Theologus.



Elandria quem genuit, tegit Hassia, Martis in urbe:
Quâ fides docni dogmata pura sacra.

Andreas

Andreas Gerardus Hyperius,
Hyperis, inlyto Flandriæ oppido natus
Anno M. D. XI.
Patre cognomine Andrea, clariss. apud Hyperas
Jure-Consulto
Post patriæ Gymnasia aliquam multa,
Philosophiæ pariter, ac Theologiæ studiis,
Lutetiaæ ac Lovanii eruditus,
Perlustrata ferè universa Italia, Gallia, Germania,
Britannia, vitam sectatus perpetuò
Academicam :
Professor demum Ecclesiæ & Scholæ Marpurgi
constitutus

Anno M. D. XLII.

In qua ipse divinas & humanas literas, vir citra contro-
versiam eruditissimus simul, ac diligentissimus,
totos annos XXII. docuit :

qui
Ne mortuus quidem universam Christi Ecclesiam
libris scientissimè solidissimeque scriptis
erudire desinit:

Plura etiam multò posteris relicturus, nisi majorem
utilitatis publicæ quam valetudinis curam ge-
rentem, intempestiva mors sustulisset.

Rebus excessit humanis

Anno Domini,

M. D. LXIV. Calend. Feb.

Ætatis LIII.

JONAS

JONAS JUSTUS

Sanct. Theolog. Doctor.



*Mystes Juris eram, sacrorum denique mysteriis,
Juris divini sancta magistra, sic cit.*

Justus

Justus Jonas
Northusæ , veteri Cheruscorum civitate Imper-
riali natus , Anno Christi
M. CCCC. XCIII.

Post prima liberalium artium percepta studia ,
Juris humani Consulto , sacræ Theologiæ , quæ Juris
divini Magistra est , Doctor factus
clarissimus ,

Vir summi ingenii & industriæ magnæ :
Professor Literarum Divinarum , ac dein Præpositus
Templi Vitebergæ constitutus ,
Magni

Illijs Principis Elec[t]. Joan. Friderici filiorum , in illis
acerrimis tempestatibus comes constantissimus
restituendæ

in Saxonia Ecclesiæ fidus Mart. Lutheri administer
&

magistratus.

Omnium rerum in causa religionis per Germaniam
gestarum adjutor ipse & conscius :
Demum Antistes Ecclesiæ constitutus in Salinis Saxon-
icis , & totius illius diœceeos inspecto[r] ac
reformator ;

In cuius etiam veluti sinu
Mart. Lutherus animam Deo commendavit suam ;
tandem

Eisfeldæ in Francia sancti perfunctus Pastoris munere ,
summa cum pietate vitæque innocentia , sancta
morte Anno Salutis

M. D. LV.

Obiit

Die IX. Octob. Ætat. LXIII.

LAN-

LANGIUS JOANNES

Archiater Palatinus.



Archiatrum facit Heidelberga: Sophum facit anse
Lipsia, sed Medicum Felsina docta bonum.

Joan.

Joannes Langius

Leobergæ celebri Silesiæ oppido , natus anno

M. CCCC. LXXXV.

Magister Philosophiæ creatus Lipsiæ Petro Wirtho
consobrino

Anno M. D. XIV.

Qua in Academia postea & bonas literas frequenti Auditorum confessu , professus , & publicis per annos aliquot functus muneribus

Magna cum laude doctrinæ , virtutis , sapientiæ , pietatis , industriae ;

Medicinæ demum studium majorum suorum exemplo amplexus

Bononiae Medicis honoratus clarissimus

Anno M. D. XXII.

Pisis Hetruriæ summum Docturæ gradum consecutus ;

Tandem Illust. Elect. Palatin. V. Archiatrus , alter ceu Podalirius

Magno & sibi & familiae & patriæ fuit ornamento ac honori.

Monumentis ingenii sui excellentis varia ac rara cum eruditione , tum rerum omnis generis scitu dignissimarum explicatione refertis , post se relictis quam plurimis.

Præsentibus carus , posteris etiam admirandus.

Obiit

Heidelbergæ Senex , Anno Salutis

M. D. LXV.

Die XXI. Junii Ætatis LXXX.

LASSUS ORLANDUS

Musicus.



*Si mea Principibus tot Musica Cæsaribusque
Grata placet, cætus Rex ero nonne mei?*

Orlan-

Orlandus Lassus

Bergæ , Hannoniæ urbe , natus anno
M. D. XXX.

Musicus & Symphoniacus sui seculi facilè
Princeps.

Prima ætate admodum puer, ob miram vocis suavitatem
in canendo , aliquoties plagio sublatus ;

Sub Ferdinando Gonzaga Pro-Rege Siciliæ, annis fermè
sex partim Mediolani , partim in Sicilia inter
symphoniacos educatus ;

Neapoli dein per triennium, ac demum Romæ amplius
biennium Musico præfctus facello longè
celeberrimo.

Post peregrinationes Anglicanas & Gallicanas cum
Jul. Cæsare Brancacio suscep tas , Antverpiæ
totidem annis verfatus :
tandem

Alberti & Guilielmi Ducis Bojorum Musicæ Magister
per integrum vicennium supremus

à

Maximiliano II. Cæs. Aug. nobilitatus
A summis Imperii Principibus ac proceribus summè
honoratus

&

Cantionibus Harmonicis tam factis quam profanis
omnium linguarum in Orbe univerſo
celebratissimus.

LAVATERUS LUDOVICUS

Tigurinus Theologus.



Patria me Tigurum verbum cælestē docentem,
Dum vivo, merito semper honore colit.

Ludo-

Ludovicus Lavaterus

Tigurinus.

Patriæ Ecclesiæ & Scholæ fidelis

Minister :

quam

&

Voce viva , & manu docta multis annis
erudivit ,

Cum suis quam plurimis tum aliorum lucubratio-
nibus , præsertim in Theologia in publicum
prolatis.

Controversiæ Sacramentariæ historia inter alias
quoque edita.

Obiit

Anno Christiano

M. D. LXXXVI.

in

Patria sua civitate

Tigurina.

G 3

LA-

LAZIUS WOLFGANGUS

Historicus Cæsareus.



*Seu Romana placet tibi, seu Germanica facta
Noscere, dulce leges me duce certus iter.*

Wolf-

Wolfgangus Lazius

Viennæ Austriæ natus, Anno

M. D. XIV.

Patre

Simone Medico Doctore & Poliatro,

Medicus & ipse doctor & Philosophus
excellens,

Philistor in primis & Polyhistor maximus;
rerum

Romanarum & Germanicarum Scriptor
celeberrimus,

Patriæ suæ Viennæ & totius Austriæ illustrator
fidelissimus,

Totius antiquitatis indagator solertissimus;

2

Ferdinando Cæsare Augusto non modò in consilium,
verùm etiam ordinem allectus Equestrem,

Multis præterea & amplis ab eodem honorum in-
signibus nobilitatus.

Obiit

Diem suum Quinquagenarius in Patriæ

Anno Salutis

M. D. LXV.

G 4

LU-

acta
r.
Wolf-

LUTHERUS MARTINUS

Magnus Theologus.



*Lutherus Decimum conficit strage Leonem:
De clavâ noli quærere, penna fuit.*

Mar-

Martinus Lutherus

Islebii Mansfeldiae Comitum natus Anno Nat. Christi

Die X. Novemb. M. CCCC. LXXXIII.

Primitus Magdeburgi & Isenaci imbutus literis:

Anno M. D. VIII.

Magister Philosophiae creatus Ephordiae: mox anno
in sequentes,

quo magis Theologiae vacaret, Monachus ibidem

Augustinianorum adscriptus Ordini:

Quadriennio post auspiciis Friderici Saxon. Elector.
Vitebergam ad sacras profitendum evocatus

literas :

Romam, componendis Religiosorum dissidiis aucto-
ritate ablegatus publica,

Sacrosanctae Theologiae, eodem post redditum anno
Doct. creatus

Ac tunc demum, Romana inspecta curia, Orthodoxæ
Religionis studio instaurandæ incitatus ma-
jore divinitus;

Quam Anno M.D.XVII. primò è tenebris in lucem edu-
ctam, tum scriptis in publicum propositis innumeris,
tum libera semper professus voce coram Im-
perio Romano universo.

Formula tandem fidei Evangelicæ in Comitiis Augustæ
Carolo V. Cæs. Aug. publicè exhibita, & ab eo
confirmata;

Quem nec Regum aut Pontificum vis ulla, nec Sophi-
starum innumerabilium fraus unquam vel tan-
tillum terruit.

Seculi sui Propheta ultimus: Auriga & currus Israël:
Obiit

Placidè in Patria ipso concordiæ secū ad cœlum subvectæ
Die XVII. Feb. Anno M.D.XLVI. Ætat. LXIII.
sepultus Vitebergæ.

LYCOSTHENES CONRADUS

Theologus & Philologus.



*Si pietas, Sophiaeque placet tibi regula sanctæ:
Perlege dicta Sophum, viva labore meo.*

Con-

Conradus Lycosthenes

Rubeaquensis Alsatus, natus anno
M. D. XV.

Heidelbergæ operam navans Philosophiæ pariter &
Theologiæ egregiam:

Basileæ post utranq; in schola & Ecclesia publicè pro-
fessus est,
magna cum fide & industria:

Philologus præterea & Historicus celebris;
Theatrum vitæ humanæ, Philosophiæ perennis com-
pendium,

Aet. Luminum Datoris benign.

per XLII. valetudinariæ æt. An. M. D. XLVII.
sedulò serioque commentatūs

Quod eo posteà mortuo à privigno Theod. Zwingero
Medico & Philosopho excellentissimo mirificè exor-
natum & locupletatum, omnibus omnium
Cæsarum Amphitheatris meritò an-
teponitur.

VIII. Kal. Aprilis non improviso Apoplexiæ turbine,
ad certam immortalitatem ejusdem reparatæ
abreptus

Anno
M. D. LXI.

Præter votum metuimque:

Sortis literar. multam simul & magnam reliquit
usuram posteris, in omne ævum
perduraturam.

MA-

MAGNUS ALBERTUS
Philosophus & Theologus.



*Naturae si quid te rerum fortè latebat :
Hoc legis in Magno Teutone Magne Deo.*



Alber-

Albertus Magnus

Bolstadius, ex ordine Equestri clarissimis
natus parentibus, Anno salutis
M. CC. XCIII.

Summo ingenio, summa præditus eruditione
adeoque omnium doctrinarum summè
studiosus.

Philosophiæ & Theologiæ Doctor
maximus:

Professor Academiæ Parisiensis & Coloniensis
celeberrimus,

Naturæ speculator solertissimus,
Obscurarum rerum indagator & explicator planè
admirabilis.

Præful tandem & Episcopus creatus
Ratisponensis,

Qui sua ætate omnes ingenio, doctrina, eloquentia
superavit;

Literis denique, & studiis immortuus Coloniæ
Agrippinæ,

quod

Ultrò abdicato Episcopatu ad ocium literarium rursus
extrema senecta concesserat.

Obiit
Anno Salutis

M. CCC. XXCIL

ætatis vero

L XXXVII.

MA-

MAJOR GEORGII

Theologus.



*Sanctum opus abs que fide, sine sancto opere haud
placet unquam
Sancta fides : fidei summa sit ista meæ.
Geor-*

Georgius Major,

Noribergæ urbe Imperiali , natus anno
M. D. II.

Prima ab adolescentia doctrinarium omnium summè
studiosus ,

Magister optimarum artium primus , ac dein Sa-
crosanctæ Theologiæ Doctor Vitebergæ
publica auctoritate
renunciatus ,

quam

Multis annis , non solum in Academia , verùm etiam
Ecclesia publicè privatimque docuit , singulari
laude industriæ , prudentiæ , elo-
quentiæ .

Commentariis luculentis in præcipuos Evangelicos &
Apostolicos libros , aliisque lucubrationibus eru-
ditis , Reip. literariæ communicatis ,
celebris !

Obiit

Senex Anno Salutis

M. D. LXXIV.

Die XXIX. Novemb.

Æt. LXXII.

MAR-

MARBACHIUS JOANNES

Theologus.



*Ista prius, dein Argentina pependit ab ore
Clara meo, novit cætera Tento potens.*

JAM

Joan-

Joannes Marbachius

Lindaviæ, urbe Imperiali, natus anno

M. D. XXI.

Post prima fundamenta doctrinæ in patria fideliter
jacta,

Argentinæ primò, ac dein Vitebergæ divinis hu-
manisque eruditus literis

Jenæ Ecclesiastes annum non amplius unum,
mox

ā

M. Lutherò Antichristi domitore, Sac. Theol. Doctor
designatus;

Ista per biennium Antistes Ecclesiæ,
Argentiniæ de cæterò Pastoris ac Præsidis functus mu-
nere per annos

XXXVI.

Academiæ præterea Professor & Ephorus
perpetuus,

Collegii demum Thomanii Decanus
dignissimus

Colloquiis de Religione Tridenti & Wormaciæ
adhibitus;

ā

Princip. Elect. Palatinis reformatiæ scholæ &
Ecclesiæ identidem expetus;

Pietate, Integritate, Fide, Virtute, Sapientia, Humaniti-
tate excellens.

Moritur Argentiniæ anno Sal.

M. D. LXXXI.

Die XVIII. Martii. Ætatis LX.

H

MAR.

MARTYR PETRUS VERMILIUS
Theologus.



Tuscia me pepulit: foveat hinc Germania, dein
Anglia: Martir eram nomine req; pius.

Petrus

Petrus Martyr Vermilius

Florentinus.

Literarum bonarum, ac in primis religionis studio ab
ipsa penè pueritia inflammatus,

Sancti Augustini Canonicorum Ordini addicitus:
Patavii totius Philosophiae & linguae Græcae: Bononiæ
etiam Hebrææ exactam adeptus notitiam:

dehinc

Sacris concionibus habendis omnium illius Ordinis tota
Italia Princeps habitus

Æterni demum Lun. datoris cœlesti irradiatus luce,
cum Joan. Valdesio Hisp. prima Neapoli, ac dein
Lucæ instaurandi Christianismi funda-
menta jecit.

Mox Romæ iustulandus, amicorum suasu, ingratæ patriæ
valedicens, Tigurum primò, inde Basileam, post Ar-
gentinam, procurante M. Bucero vocatus,
Quin & cum eodem in Angliam ab Eduardo VI. Rege
evocatus Oxonium, ad profitendum Sacras
literas,

Sed Marianis mox sequutis temporibus iterum cedens
Anglia, in pristinum locum Argentinæ restitutus,
Tiguri denique senectæ sua portum sortitus optatum,
in

Quo loco sacras literas quinquennium circiter maxima-
cum omnium attentione & admiratione in-
terpretatus est;

Praeclaros laborum suorum testes post se libros relin-
quens innumeros nunquam morituros.

Obiit placidè anno

M. D. LXII.

Prid. Idus Novemb. Ætatis LXIII.

H 2

MA-

MATHESIUS JOANNES

Theologus.



*Preco metalliferæ Joachimi vallæ Sareptæ:
Ipse potens calamo, voce disertus eram.*

Joan.

Joannes Mathesius

Rochlizii Misniae oppido natus anno
M. D. IV.

Multijugâ eruditione Vitebergæ sibi comparata,
sub

Optimis & clariss. D. D. Mart. Luthero & Ph. Melan-
thone Ludi literarii primò Magister, ac dein Pastor
Ecclesiae in valle Joachimica pariter
fidelissimo ac vigilantissimo

cujus

Pietas & eximia constantia, cæteræque virtutes, admi-
rabilis denique ac penè divina facundia, & in do-
cendo singularis dexteritas, nunquam
satis dignè prædicari
poterit.

Præclaro Meditationum & Concionum sacrarum The-
sauro, de omnibus fidei Christianæ capitibus,
posteriori perpetuò piæ fruendo, post
se relieto :

Pro concione, finem vitæ præfigiens, suæ
valedicens Ecclesiae

Moritur Apoplecticus anno Christiano
M. D. LXV.

Non. Novemb. Ætatis LI.

H 3

ME-

MELANTHON PHILIPPUS
Germaniae Phœnix.

*Parvus eram : nec me tamen ingens cepit hic
orbis :
Fama mei complet nominis omne latus.*

Phi-

Philippus Melanchton

Brettæ Palatinorum natus Anno Christi

M. CCCC. XCVII.

Portæ Herciniæ primò versatus in literis admodum

puer,

tum ingenio , nec sine industria , magno illo Joan.

Capitone clariss. Theol. & Phil. cursum stu-
diorum moderante.

Primam doctrinæ lauream Heidelbergæ, alteram adeptus

Tubingæ , anno ætatis XVI.

Friderici Sax. Elect. auspiciis Vitebergæ evocatus
anno ætatis XXI.

M. Lutheru, cuius postea fidelis fuit ~~magister~~, omnium-
que laborum & studiorum socius , rem Christia-
nam in Germania reformatu

Qua in Academia totis Annis XLII. operam navans in
docendo laudatissimè;

Sacrar. liter. explicator solertiss. ac fideliss. Veritatis cœ-
lestis Patronus in primis strenuus ; optim. discip.
artiumque cum instaurator, tūm
conservator.

Pietate, vitæ innocentia , humanitate, benignitate erga
omnes, ac in primis incomparabilis modestiæ exem-
plo, non modò cæteris, verùm etiam se
ipso superior;

Singulare nostri seculi ornamentum & decus Germaniæ
perpetuum futurus.

Obiit

Vitebergæ sancte & feliciter anno M. D. LX.

III. Calend. Maji

quum annos vixisset LXIII. & totidem dies.

H 4

MIL-

MILICHIUS JACOBUS
Medicus.



Multa mihi debet cœli historia edita Plino;
Leucoris & Medicum me Physicorumq; colit.

Jaco-

Jacobus Milichius

Friburgi Brisgavorum, natus

Anno

M. D. I.

Quum & morum suavitate, & literarum eruditione
eximia præditus esset

Mathematum in primis & universæ Philo-
sophiæ studiosissimus;

quod

Elegantissima ipsius in librum Plinii secundum
de

Mundi historia commentaria vel sola abunde
contestantur

Medicinæ Doctor ac Professor publicè
in

Academia Vitebergensi constitutus

Singulari erga DEUM pietate, & erga
Homines humanitate
præstans,

Apoplecticus Vitebergæ Anno Domini

M. D. LIX. die X. Novemb.
obiit.

H §

MUN.

MÜNSTERUS SEBASTIANUS
Cosinographus.



*Sat linguae fuerat fontes mihi tradere sanctæ :
Scribere sed Mundi me juvat historiam.*

Seba-

Sebastianus Münsterus

Ingelhemii natus anno

M. CCCC. LXXXIX.

Matheseos Geographiæque & in primis Hebrææ linguae

in

Academia Heidelbergensi studiosissimus,

ob id

Professus aliquandiu Franciscanorum Ordinem

Tübingæ.

Quod studiis hujuscemodi sibi vacare liceret impensius,
usus

Præceptore Joan. Stoflero Mathem. excell.

Demum sanctæ linguae Professor Basileæ constitutus;

plurimis

tum in sacras literas, tum in varias Matheseos partes,
scriptis in publicum editis, ac præsertim laborios. illo

Cosmographiæ opere, quo duce peregrinari ter-
rarum orbem, domi etiam manendo licet,
egregiè nobilitatus.

Germanus Esdras, Straboque immortali dignus
memoria:

Quam ipse tot regionum, civitatum, familiarum, vi-
rorum denique nominibus pro virili
conciliavit.

Peste correptus, solennem Ascens. Domin. Memor.
Anno Salutis M. D. LII.

Ætatis LXIII.

morte piâ illustravit.

MU-

MUSCULUS WOLFGANGUS

Theologus.



*Corde pius, gravis ore, sacro sermone disertus,
Præco Dei, pariter voce styloque potens.*

Wolf-

Wolfgangus Musculus

Dusæ, Lotharingiæ oppido, finitimo

Alsatia

natus, Anno

M. CCCC. XCVII.

Monasticam vitam in prima adolescentia professus, Religionis & honesti ocii gratia,

post

Veritate agnita, Pauli exemplum secutus, victimum aliquando Textor opere manuario queritans,

Argentinæ deinceps Minister Ecclesiæ, à magno illo Dei servo M. Bücero pietate doctrinaque sua approbata,

Ac dein Augustæ Vindel. Pastor, & Urbani Regii viri optimi & doctiss. successor constitutus,
in qua ipse

Evangelicam sincerè professus doctrinam, tūm concionando, tūm sacras literas laboriosissimis commentariis illustrando, tūm Græcorum scripta latinè interpretando, multis denique obitis pro tuenda vera Religione in Comitiis Imperii legationibus, nomen in Orbe Christiana adeptus est clariss.

Bello tandem Germanico exul, Bernæ sacrarum literarum Doctoris in schola functus munere per totos annos quatuordecim.

Obiit,

Morte placida III. Cal. Sept. anno Christi

M. D. LXIII. Ætatis LXVI.

O E C O -

OECOLAMPADIUS JOANNES
Basiliensis Ecclesiæ Pastor.



*Quem coluit Basilea sacrorum clara ministrum:
Sim LAMPAS Domini, quod vocor, opto,
DOMUS.*

Joan-

Joannes Oecolampadius
Germanus, Winsberga Franciae oppido oriundus
Anno

M. CCCC. XXCII.

Optim. Artium Bacalaureus, mox Magister Heidelbergæ factus,

Bononiæ in Italia Jurisprudentiæ primum
operam dare cœpit,
in

Germaniam deinde reversus Joan. Capnione Doct. in
Acad. Tübing. uitus,

Trium linguarum peritis.

Professione Theologus esse maluit, quam Juris-
Consultus;

Patriæ primò Ecclesiastes, dein Basileæ, post
Augustæ factus;

Sacros. Theolog. Doctor Anno M. D. XVI. creatus,
Multum ille hinc inde variis casibus
jactatus

Tandem primus Evangelicæ doctrinæ auctor, & verus
summi constitutus templi Episcopus;

Ut doctrina, sic virtæ sanctimonia colendiss. magno urbis
cum luetu & desiderio, peste grassante, fidus gregis
sui Pastor & Pater, anthrace correptus
placidè obdormiens.

Anno

M. D. XXXI. Kal. Decemb. ætatis suæ XLIX.
obiit.

OLDEN-

OLDENDORPIUS JOANNES
Juris - Consultus.



*Et causas agere, & juris bene reddere causas
Si doceam, Juris nonne peritus ero?*

Joan-

Joannes Oldendorpius JC.

Hamburgi natus urbe Saxoniæ libera.

Summam in studiis expertus liberalitatem avunculi

Alberti Cranzii Historici

clarissimi.

Gryphiswaldiæ in Pomerania Doctor Juris utriusque
creatus

Syndicus primò Reip. Rostochianæ constitutus,
post

Coloniæ Agrippinæ, ac dein Marpurgi multis an-
nis jus civile professus

in

Academia

cum laude singulari doctrinæ, fidei industriae,
sapientiae :

Commentariis in multas juris partes quam plurimis
editis, ac præsertim practica actionum forensium
absolutissima, qua verus exercenda Jurispru-
dentiæ usus ostenditur, in medio
relicta.

Obiit Anno Christi

M. D. LXI.

Marpurgi.

I

OPO-

OPORINUS JOANNES
Basilensis.



*Sifamam aeternam Typicae do sedulus arti:
Aeternum cur non reddit & ipsa decus?*

Joan-

Joannes Oporinus

Basiliensis Typographus.

Doctus , Operosus , Elegans ,
innumeris

Libris

Partim à se scriptis , partim publicatis ,

Virtutum Hærede ex IV. Conjugi , unico
relicto :

Publicis Lacrimis , privata pietate ,

Sexagenario major moritur ,

Anno

M. D. LXIIX. die VI. Julii.

Natus ære Christi

M. D. VII. die XXV. Januarii.

PELICANUS CONRADUS
Theologus Tigurinus.



Quam sanctæ fuerint linguae, fideique peritus,
Scripta probant: passim cætera fama canit.

Con-

Conradus Pellicanus

Rubeaquensis Alsatus :

Primitis iactis studiorum fundamentis,
Præclara Heidelbergæ ac Basileæ in artibus &
linguis navata opera,

quarum

Discendarum studio Ordinem Franciscanorum aliquan-
diu Basileæ professus

Mox eo abdicato , veritate Evangelicæ doctrinæ
cognita ,

Linguæ præsertim Ebrææ solidam cognitionem adeptus
primum

Sacrarum Literarum Basileæ , deinde Tiguri Professor,
annis multis per honorificè habitus, præclaris etiam
in universum sacrarum literarum corpus
scriptis editis factus celeberrimus ;

præter

Eruditionem singularem , maxima vitæ integritate ,
summaque vir modestia
præditus ,

In qua ad extremam usque senectam perseverans , ne-
mini gravis , omnibus gratus ,
migravit ex hac vita feliciter ,
Tiguri , Anno

M. D. LV.

I ;

PFEF-

PFEFFINGERUS JOHANNES
S. Theologiae D.



*Magna oris gravitas, animi constantia magna,
Doctrinæque fides, Lipsia novit adhuc.*

Joan-

Joannes Pfeffingerus

Bavarus,

natus anno

M. CCCC. XCIV.

Vir

Spectat̄ rum eruditionis rum probitatis
insignisque Theologus

¶

Prima ætate totus promovendæ Christi gloriæ
addictus,

Superstitione repudiata Pontificia , multò etiam
ardentius, veritatem agnitam
amplexus ,

Sacrarum Literarum Doctor
præclarus,

Lipsiensis Ecclesiæ Pastor verus & Aaristes
venerandus.

Fatis concessit anno Christiano

M. D. LXXIII.

III. Non. Januarii

Ætatis LXXX.

I 4

PIRCH-

PIRCHMAIERUS BILIBALDUS
Noricus Historicus.



*Carminis auctor eram bonus, historiaeque : sed
orno*

Carminis auctores historiaeque magis.

PIRCH

Bili-

Bilibaldus Pirchmaierus.
Patricia gente Noribergæ urbe Imperiali
natus , Anno

M. D. I.

Omni liberali doctrina politissimus
Mathematum præsertim & Historiæ studiosissimus,
quarum
Disciplinarum egregiis post se relictis monumentis, pa-
triæ Germaniæ illustrandæ operam impendit
fidelem,

sed &

Græcarum pariter & Latinarum literarum
peritissimus ,

Conversis è Græco in Latinum præstantiss. auctorum,
Xenophontis, Ptolomæi, Plutarchi, Nazianzeni
scriptis quam plurimis

Summa præterea auctoritate & prudentia
præditus

Patriæ Senator amplissimus ,

Divo Maximiliano I. Cæsare Augusto à Consiliis,
optimè de Republica Christiana meritus.

Obiit Noribergæ

Anno

M. D. XXXI.

I 5

PISTO-

Bili-

PISTORIS MODESTINUS

Jurisconsultus.



*Jure Modestinus fuit olim clarus , utroque
Jure Modestinus sum quoquo clarus ego.*

Mode-

Modestinus Pistoris.

Simonis Filius. Simon. Nepos. Nicol. Pronepos.

Lipsiæ natus anno
M. D. XVI.

Quem & patria atq; domestica disciplina erudiit sedulò,
Italiaque per totum quinquennium omni liberali
doctrina, ac in primis Jurisprudentia exco-
luit mirifice.

Legum in patria consultus Doctor & Jurid. Facult.
Ordinarius.

Saxoniæ Elect. Prin. Consiliarius & Judicij
Curialis Assessor perpetuus;
Quin &

Proavi Conf. Lips. & Avi Medici, & Patris Jurisc. præ-
stant. exemplo per multos annos Consulari
functus dignitate

Magna cum laude virtutis, sapientiæ, honoris,
justitiæ &c.

Modestini illius magni; veteris JC. Rom. ut no-
minis, ita ingenii ac studii consors
dignissimus.

Non tam ætate consumptus, quam laborum per-
tinaci assiduitate fræctus, cum ma-
ximo

Suorum non modò, sed totius Reipublicæ ex-
terno quoque luctu

Piè ac religiose ex hac vita excessit.

Anno M. D. LXV.

Ætatis XLVIII. Mens. IX. Dies vi.

PISTO.

PISTORIS SIMON
Jurisconsultus & Cancellarius Saxon.



Jura prius docuit mox scrinia Saxonis aulae
Eloquio rex, consilioque meo.

Simon

Pistoris

Simon Pistoris, J. U. D.

Lipsiæ in erudita

familia natus Anno M. CCCC. LXXXIX.

Patre Simone, Nicolao Avo, utroque Medicinæ Doctore,
& Saxoniam Archiatro clarissimo.

In quo uno supra familiæ claritatem natura maximas
& animi & corporis dotes, una cum inclita virtute,
summaque cum docendi facilitate & dexter-
itate, non sine admiratione omnium
felicissimè cumulavit.

Quem

Papia docuit, Lipsia ornavit, aula Saxonica observavit.
Per integrum quinquennium primo in patria Aca-
demia Professor Cod. ordinarius,
demum,

Perpetuus Elect. Saxon. Cancellarius
Magisterque officiorum in Aula constitutus,
Magnis magna cum gloria perfunctus honoribus &
commeatu tandem gratiosè impetrato,

Satur vitæ, satur gloriæ,

Liberos post se relinquens eruditos, honoratos
superstites;

Quorum & in libris præclara ejus revixit memoria,
in omne deinceps ævum cum his victura perpetuò.

Obiit

in pago suo Seufeliz III. Non. Decembr.

Anno Salutis

M. D. LXII. Ætatis LXXIII.

PRA-

PRAGENSIS HIERONYMUS

Boëmus.



*Sancta fides, mors fuit sancta mihi, vitaque
sancta:
Miraris sanctum nomen & esse mihi.*

Hiero-

Hieronymus Pragensis

Boëmus, verè sancto dignus nomine.

Martyr Christi fidelis,

Pragæ in patria bonis imbutus literis,
Lutetiæ artium liberal. Magister salutatus,

Præcipuis Galliæ & Germaniæ Academiis singulari
ingenii & doctrinæ laude cognitus,

primò

Discipulus, deinde familiaris, post collega factus Sancti
Christi Martyris Joh. Hussi à quo ne morte qui-
dem diutius dividi sustinuit.

Miranda & plane divina eloquentia animique fortitu-
dine & constantia præditus singulari;
Religionis ergò sanctiss. CCCXL. amplius diebus
immaniss. detentus carceris fôrdibus & in-
juriis, pari tandem

vel

Potius eodem fato ac triumpho altero post Hussum
Doctorem, fidei ac ejusdem certaminis socium
& consortem Anno nobilitatus:
Crematus vivus Constantiæ

obiiit

III. Kal. Jun. Anno M. CCCC. XVI.

PTO-

PTOLEMÆUS CLAUDIUS

Alexandrinus Mathematicus.



*Per me Doctrina totum divina Matheſis
Corpus habet: cuius gloriōr esse parens.*

Clau-

Claudius Ptolemæus

Natione Ægyptus.

Sub

Marco Antonino Imperat. Romano

Liberalium artium ac Græcarum literarum
Alexandriæ studiis clarus,

Qui

Primus apud Græcos cœli rationem diligentius
explicuit,

Inventa ab Hipparcho instrumenta clariūs
demonstravit ,

De Musica & rebus aliis , tūm de Geographia absolu-
tiss. scripsit :

Princeps doctrinæ Mathematicæ ,

nullque

in Astrologiæ scientia secundus :

Monimentis ingenii & doctrinæ relictis divinis
penè , mortuus etiamnum vivit inter
mortales ;

Æterna gloriæ laude victurus perpetuò.

K

QUIN-

92 (138) 2

QUINTERIUS JOANNES

Andernacus Medicus.



*Argentina tuus, tuus ante Lutetia docto
Sum Medicus : fama notus in Orbe satis.*

Joan-

Joannes Quinterius
Andernaci Ubiorum oppido celebri natus
M. CCCC. LXXXVII.
Primis annis Daventriæ ac Marpurgi in literis versatus,
cum ingenio, nec sine industria,
dehinc
Goslariæ scholæ moderator, ac dein Lovanii
Græcæ Linguæ Professor;
post
Medicinæ studio deditus Lutetiæ Parisiorum, familia-
ris summis Guil. Budæ & Lascari Græci, Medicis
Græcis ac præsertim Galeno in Latinum
conversis sermonem:
Francisci I. Regis Galliæ & Joan. Bellaii Card. liberalitate
summa Medicinæ Doctor & Medicus Regius
salutatus;
Anatomæ corporis humani auctor atque
instaurator,
a
Rege Daniæ perbenignè expetitus, &
a
Ferdinando Cæsare Augusto singularis meriti ergo
nobilitatus:
Mediomatricum in urbe, post tumultu Gallico ob re-
ligionem moto, primum, deinceps Argentinæ ex-
ercens Medicinam, Aristotelis & Demost-
henis in eadem Academia
interpres,
Optime de Republ. literaria meritus
Obiit
feliciter Argentinæ, anno Christi
M. D. LXXIV. die IV. Octob.
K. 2

REUS-

REUSNERUS NICOLAUS
Juris-Conf. & Consiliarius Saxonius.



*Effigies homo parva tua est, DEUS: effigiem
fac
Me quoque, dum vivo, semper habere tuam.*

I.B

In

Effigiem Nicolai Reusneri.

Christophorus Winerus.

Mortalis cum sis , mortales inter & ipsos

Famam immortalem post pia fata feres.

Tam benè de vivis , & de mortalibus ipse

Es meritus : dignus vivere perpetuò.

Te tua scripta mori prohibent : te vivere censem

Diva Themis , Clarii & numina sacra Chori.

in eandem

idem Christoph. Winerus.

Exciderant oculis : animo simulacra latebant :

Corpora sub tumulis dormierantque suis.

Lumine tu cassas facies in imagine viva

Surripis è tumulo , restituisque Viris.

Et facula accensa velut è cœlestibus igne

Allato in vivas effigies ,

Ergo alter tu Deucalion cum conjugé Pyrrha ,

Gentis & Allmannæ , Jovius alter eris .

RHENANUS BEATUS
Historicus.



*Multum se Germana mibi historia, atq; Latina
Debet: me patriæ vindice claret bonos.*

Bea-

Beatus Rhenanus

Cognom. *Bildius*, Selestadii Alsatio oppido natus

Anno

M. CCCC. XXCV.

Sub Cratone Udenheimio & Hieronymo Gebwilerio in
patria primò eruditus

Lutetiae dehinc & Basileae sub clariss. Doctoribus doctri-
nae maturitatem adeptus

Magni illius Erasmi summus amicus & familiaris: pri-
vilegio civilium vacationum in patria à Carolo V.
imperato;

Privatis sibi domi potius, quam aliis vivens, vitam planè
Philosophicam absque ullo maleficio ullave inju-
ria, multis Græcis atque Latinis scriptori-
bus in integrum restitutis atque
recognitis:

Rerum præsertim Germanicarum indagator sagaciss.
ad eoque omnis antiquitatis studiofissimus;

Qui &

Patriæ suo ornamento & exteris admirationi fuit; Sed
& præter excellentem doctrinam, innocentia, hu-
manitatis, pudicitiae, omnis denique officii
& probitatis laude commendatis.

Gratus omnibus, nemini gravis:

Obiit

Argentorati, ex thermis Martiis rediens, anno
M. D. XLVII.

Ætatis vero LXII.

&

Selestadii in patria sepultus.

K 4

SAM-

SAMBUCUS JOANNES

Medicus & Historicus.



*Cesaris Historicus, Medicus bonus, atq; Poëta,
Vivo meis, veterum vivus & ipse libris.*

Joan-

Joannes Sambucus
Tirnaviæ , Pannoniae oppido natus

Anno

M. D. XXXI.

Qui

Plerisque in Academiis Italiae , Galliae , Germaniae cum
laude versatus;

Præter cæteros unus cum literis humanitatem , Græca
cum Latinis , antiquæ Philosophiæ scientiam ,
quod è scriptis ejus facile apparet , cum
elegantia doctrinæ
conjunxit :

Medicus elegans ,

Poëta scitus ,

Antiquarius solers ,

Divo Maximiliano & Rudolpho II. August. Cæsar.

à

Consiliis & Historiis

Maximam gloriam cum propriis scriptis elucubrandis ,
tum auctoribus veteribus recolligendis , & quasi
à mortuis excitandis , in universo Orbe
Christiano adeptus .

Obiit Viennæ Austriae , Anno Salutis ,

M. D. LXXXIV. Idib. Junii

Ætatis LIII.

K 5

SAR.

SARCIERIUS ERASMUS

aucto obiqq Theologus



*Si carus superis, nulli gravis, omnibus aequè
Gratus eram, dic cur Sarcina ruris eram?*

Eras.

Erasmus Sarcerius

Annæmontanus.

Liberalium artium , & virtutis sapientiæque probè
excultus studiis,

Sed in primis Sacrarum literarum , quibus operam
Witebergæ navavit sedulam ,
scientia ornatus ,

Quas

non solum concionando , magno cum pietatis zelo ,
sed & scribendo , propagare atque illustrare
pro virili maximè est
conatus

Multis ingenii sui monumentis haud vulgari-
bus piæ posteritati
relictis ,

Lipsiæ primò Ecclesiastes , ac dein Nassoviæ
Comitatus Pastor & Antistes fideliss.

Optimè de Ecclesia meritus

Obiit

Magdeburgi , Anno Salutis

M. D. LIX.

die XXIX. mens. Novemb.

Ætatis LIX.

SAVO-

SAVONOROLA HIERONYMUS
Florentinus.



*Urit amor me Christe tuus : dein perfidus hostis
Ustulat : in calo Savonorola beor !*

Hiero-

Hieronymus Savonorola

Italus, Florentinus.

Concionator ex Dominicanorum Ordine, olim
Monachus

a

Patre Luminum Deo Optimo Max.

Sanctæ fidei tandem & veritatis invictæ illustratus
celestibus radiis,

quam

Magno postea cum zelo religiosè tutatus, & ad vitæ
Spiritum usque extremum professus est
constanter:

Sanctis sanctæ doctrinæ post se monumentis relictis,
in omne ævum perduraturis; Martyr
denique factus Christi,
cum

Bonorum civium maximo luctu.

Strangulatus (heu) vivus primùm, ac deinde
mortuus cum duobus sociis crematus,
Florentiæ

postulatu Alexandri VI. Pontif. Maxim.
Obiit

A N N O

M. CCCC. XCIX.

X. KL. Junii

Ætat. XLV. Mens. VIII.

SCHA-

SCHALICHIIUS PAULUS

comes Hunnorum S. Th. Doctor.



Regulus Hunnorum, Scalæ hæres glorior esse
Gentis : Sacrificus Cæsaris, inde Papæ.

SCALÆ

Paulus

Paulus Schalichius, Comes Hunnorum

Marchio Veronæ.

E

Scalanæ prisca illa gentis familia Principe originem
venditans suam,

Mysticæ Philosophiæ, & totius Encyclopediæ
Scientissimus;

Quod vel ex uno Catholicō Epistemonē, quo universus
orbis tam sacrarum, quam profanarum disciplina-
rum, omnisque omnium sectarum & Philo-
phiæ doctrina catholica declaratur,
satis apparet;

Sed

Idem tamen in Theologia alter sui temporis
Eceboles:

Olim Ferdinando Aug. Cæf. à sacrificio missæ,
Fidei post aliquandiu professionem in Borussia simu-
lans Evangelicæ,

tandem

Canonicus Ecclef. Pontif. Monasteriensis electus
iniquis suffragiis,

Partes Antichristi Romani quas antea oppugnaverat,
scriptis propugnans suis,

Multisque variantis fortunæ exercitus casibus,
vitam in terris clausit suam fine
incerto.

SCHNEI-

SCHNEIDEWINIUS JOANNES
Juris - Consultus.



*Juris & interpres sum, justitiaeque sacerdos:
Si taceam: libris constat id omne meis.*

Joan-

Joannes Schneidewinus
 Stollbergæ natus in Turingia, Anno M. D. XIX.
 Puer admodum Vitebergam missus studiorum causa,
 & Mart. Luthero, à quo filii loco semper habitus
 fuit, commendatus,

usus

Præceptore doméstico Vito Theodoro Theologo cla-
 rissimo, Civilis sapientiae cognitione instructus
 egregia :

Per benignè in Aul. Comit. S. R. J. Schwarzeburgi-
 corum accersitus, quibus à Consiliis fuit per in-
 tegrum quadriennium,

Post revocatus inde in Academiam prohonorificè, & in
 eā summos adeptus in Jurisprudentia hōores, neque
 solum in collegium Juridicum, sed & Judicium
 allectus Provinciale

Operam Reipub. & docendo & dicundo jure navans
 utilem ac fidelem per A. XX. quum non magis
 juris, quam justitiæ & æquitatis consul-
 tus videri veller.

Commentariis in aureolum illud opus Instiit. Imp. sanè
 locupletiss. & foro præsertim accommodatiss. pluri-
 sum Reip. atque adeò omnibus Jurisp. studiosis
 etiam in posterum profuturus, & in his cuan-
 grata sui memoria & multorum utili-
 tate perpetuò victurus.

Obiit

Seruestæ apoplexia Anno M. D. LXVIII. Ætat. XLIX.
 sepultus Vitebergæ ad latus Mart. Lutheri.

L

SCHO-

SCHONERUS JOANNES
Mathematicus.



*Qui tabulas genesesque meas legis, ipse fateris
Astronomum pariter me, Astrologumque
bonum.*

Joan-

Joannes Schonerus

Carola stadius in Francia natus, Anno
M. CCCC. LXXVII.

Astrologus æquè ac Astronomus excellens,
qui

Mathematum studia plurimum opera industriaque
sua, & auxit & illu stravit:

Resolutarum Tabularum opere illo egregio, sine qui-
bus Theoricæ, ut vocant, motuum cœlestium,
luce carent sua, in publicum edito,

una

Cum altero illo Genethliaco opere antecessoris sui Re-
giomontani multis modis aucto atque lo-
cupletato.

Quo

Ipse multa non ab aliis modò tradita, sed & à se longo
observata usu, unum in corpus digesta explicavit ple-
nissimè, & tanquam dissipatas ædificii partes,
extruxit bellissimè;

Præclarè de re literaria universa meritus,

obiiit

Noribergæ Septuagénarius XVI. Kal. Februario,

Anno Domini
M. D. XLVII.

L 2

SIM.

SIMLERUS JOSIAS

Theologus.



*Me docet Historicum simul, Astronomumque
fuisse
Patria, doctorem sed magis, alma, Dei.
Josias.*

Josias Simlerus
Helvetius Capellensis.

Elegantis homo ingenii ac doctrinæ:

Mathematicus Nobilis, Historicus
excellens.

Quod tūm scripta ejus, quibus patriam immortalitati
consecravit, tūm instrumenta ab eo excogitata
Astronomica testificantur;

Sacrosanctæ Theologiæ in schola Tigurina Professor
celebris,

Qui quanti non modo in docendo, sed & scribendo
tum acuminis, tum judicij fuerit, veterum quoque
Theologorum lectione confirmati, luçubrations
ejus in omni doctrinæ genere in publicum
editæ satis superque ostendunt.

Morbis cum duobus sævissimis calculo nimirum &
podagra conflictatus acerbè, annis ali-
quot prioribus

Morte tandem obiit immatura, annum vix

XLV.

agens, die secunda Julii, anno Domini
M. D. LXXVI.

SLEIDANUS JOANNES
Historicus.



*Sleida dedit vitam, tumulum Argentina, do-
mumque :
Relligio per me Teutona nota viget.*

Joan-

Joannes Sleidanus

Belga Sleidæ natus, Anno M. D. VI.

quem

Lutet. Paris. bonis excultum disciplinis, Argentina
excepit.

In qua multiplice & eruditionis & prudentiæ atque
pietatis edito specimine, summo semper loco
habitus.

Legatus deinde non modo in Anglia, communi Protostantium, quos vocant, nomine, sed & urbis ipsius in Tridentino Concilio, magnam sibi apud omnes comparavit gloriam, atque existimationem.

Multò etiam majus adeptus immortalis famæ decus, ex egregio illo opere suo de Reipubl. & Religionis in Germania statu à se verissimè simul & elegantissimè prescripto.

Jacobo Sturmio Prætore nobiliss. & ampliss. non modo hortante, verum etiam materiam supeditante,

addito etiam de summis Imperiis eruditissimo commentario;

Sui seculi Historicus facile Princeps.

Obiit

Argentinæ ex Epidemico morbo, Anno Salutis
M. D. LVI.

Ætatis L.

L. 4

STO-

STOFLERUS JOANNES
Mathematicus.



Quem genuit Justinga, fovet, sepelitque Tu-
binga:
Procli sum interpres, auctor Ephemeridum.
OTZ
Joan-

Joannes Stofierus

Justingæ natus in Suevia, Anno
M. CCCC. LII.

Mathematicis à prima adolescentia delectatus
disciplinis,

Ad quas addiscendas plerisque Academiis Germanicæ
perlustratis, plurimum operæ, studii, diligen-
tiæ, laboris contulit;

Parem in his ætate sua nullum, nullum ha-
bens secundum,

Tübingæ multis postea annis profectus
Mathemata:

Neque viva solūm sed & muta voce, eaque multis
tamen victura seculis Reipublicæ commodans
literariæ.

Opere illo Ephemeridum egregio, unà cum quibus-
dam aliis minorum vigiliarum operis, in publi-
cum emissò;

Immortale ex eo nomen & decus adeptus sem-
piternum.

Obiit

Blaubeurii, sepultus Tubingæ, senex admodum,
veneranda conspicuus canicie,

Anno Ætatis LXXX.

Salutis

M. D. XXXI.

L 5

SUL-

62 (162) 2

SULCERUS SIMON

Theologus.



*Sancta recensentem veræ monumenta salutis,
Pastorem coluit me Basilea suum.*

Simon

Simon Sulcerus

Bernæ Helvetiorum urbe celebri natus,

Anno

M. D. IIX.

Trium linguarum & artium divinarum atque
humanarum egregiè
peritus,

Summos honores studiorum consecutus
in

Philosophia & Theologia.

Post

Functionem Bernensem

Academiæ & Ecclesiæ Basiliensis, cui nutricia sua libe=
rati animo rependit, per annos XXXIII. verus
vigilansque Antistes & Doctor.

Utraque manu vineam Domini sui
excoluit ,

Scholam Theologicam erexit atque
rexit;

Fidâ docendi assiduitate suspiciendus,
Vitæ sanctimonia etiam probis
imitandus :

Vixit annos
LXXVII,

Obiit

Anno Salutis M. D. LXXXV.

Die XXII. Junii.

A Schwenc-

A SCHWENCFELD CASPAR
Eques.



*Sit gens clara licet, me sancta professio vite,
Et mea sancta magis, Religioque juvat.*

Caspa-

Casparus Schwencfeldius
ab Ossiga, Eques nobilis Silesius.

Quum

Fidei propagandæ sacræ, quasi numine correptus,
se divinitus destinatum censeret, singu-
lari arrepto dogmate,

Eutychetis renovans errores,

pro

Sacro divini mynisterio, Ἐνθεσιασμὸν ac motum
nescio quem Divinum suggestente
quod

Longè latèque disseminatum postea in Germania,
multos passim ex Equestri & plebejo ordine
habuit sectatores.

Ceteroquin corporis dignitate ac virtute sanctimonia
Vir gravis & venerabilis

de

Religione plurimis supra LXXX. Germanica lingua
libris divulgatis.

Obiit

Senex, in Suevia mense Decembri
M. D. LXI.

THEO-

THEODORUS VITUS

Pastor Ecclesiae Noribergensis.



*Sacra Dei fidus colo. Noride Doct̄or in urbe:
Quod dederat, reddo munus & ipse Deo.*

Vitus

Vitus Theodorus
Patria Noribergensis.

Academiæ Witebergensis alumnus vetus,
Philosophiæ pariter & Theologiæ studium amplexus
indefessum,

in illa

Magistri, in hac si minus nomen, at omen divino
assecutus numine Doctoris clarissimi,

Quod suis partim, partim Doctoris sui M. Lutheri seu
judicis & approbatoris dignissimi, commentariis
Sacrae Scripturæ in publicum editis, satis
evidenter contestatus est;

revocatus ob id Noribergam, ac ministerio præpositus
Evangelico in æde Sebaldina.

Colloquio præterea doctorum virorum de religionis
controversia adhibitus Ratisponæ
in Comitiis

Anno

M. D. XLVI.

Magna vi eloquentiæ & vitæ sanctimonia
præditus.

Obiit

in patria feliciter XXVI. Martii

Anno

M. D. XLIX.

VADIA-

VADIANUS JOACHIMUS
Medicus & Poëta.



Phæbi cultor eram , medicea studiosus & artis,
Ac melicea , Galli consul in urbe bonus.

Joa-

Joachimus Vadianus

Sangalli oppido Helvetiorum natus.

Poëta excellens, Mathematicus ac præfertim Geographus exactissimus

Quod ipsius in Pomponium Melam commentarii & trium orbis partium epitome demonstrant,

Medicinæ denique Doctor insignis, publicè in ea Viennæ Austriae adeptus laureolam;

Adde etiam ea tum prudentia, tum integritye vite præditus, ut ei patria summum Magistratum ultrò detulerit.

Quin & Theologus sui seculi eximius,

Libris contra Enthusiastas sui temporis editis compluribus:

Opere præterea de Sacramentis fidei Christianæ scripto passim cognitus,

Lumen adeo disciplinarum omnium clarissimum:

Suarum virtutum gloria fruens, jam senex, placidissima felicissimaque morte beatam sui memoriam relinquens

et

vivis excessit

Anno

M. D. LI.

M

VESA-

VESALIUS ANDREAS

Archiate Cæsareus.



*Magnus bonos , magni mibi credita cura Mo-
narchæ:
Corporis humani fabrica, major bonos.*

An-

Andreas Vesalius
Bruxellis celebri Flandriæ urbe natus, Anno
M. D. XIV.

post

Philosophiae universæ studia

Medicinæ utriusque scientiam adeptus planè singularem
in Italia , omnium studiorum parente & altrice,
Naturæ operum in omni vita perquam stu-
diosus, sed in primis fabricæ corporis
humani cognoscendæ totus, Basi-
leæ præsertim deditus.

Cui ipse non modo specimen artis & industriæ suæ scele-
ton munus hospitale, sed præterea etiam in utraq;
Medicina scriptos libros plurimos, & in his
præclarissimum illud de fabrica humani
corporis opus, posteris reliquit
omnibus suscipiendum :

Ob nominis celebritatem & artis præstantiam Caroli V.
Cæl. Aug. deinceps factus Archiatrus
Quo ipse munere, summa & fide, & auctoritate cum laude
functus, quum Palæstinæ viresendæ studio, tum reli-
gionis , tum naturæ mysteriorum cogno-
scendorum causa , flagraret
incredibili ,

Morbo correptus circa Zazynthum insulam repentina
quidem , sed exitiali :

Obiit

Anno M. D. LXIV. Ætat. L.
Mense Octobri.

M 2

WIRTH

WIRTH GEORGII

Archiater
Ludovici Regis Hungariae & Boemiarum.



*Carniolæ Ducibus, Regi dein Pannonis ora
Gratus eram, Medica doctor in arte bonus.*

Geor-

Georgius Wirth
Leobergæ in Silesia natus

Anno
M. CCCC. LXX.

Post prima studiorum Tyrocinia
Plurimis atque optimis extra patriam ornatus
artibus:
Magisterii primo Lipsiæ Anno M. D. IX. dein
amplissimo Doctoris titulo in Medicina
decoratus Bononiæ

Anno
M. D. XV.

Quum ex Italia per Liburniam in patriam regredi
cogitaret,
Præterspem ac Votum Provinciae illius Medicus quasi
divinitus delegatus

Quin & paulo post inclyto Ludovico Bojemiae & Pan-
noniae Regi designatus Archiatrus
a

Quo tandem ipse splendidiss. isto cum laude & dignitate
perfunditus munere, Budissinæ Lusatiorum con-
stitutus Decanus, singularis ergò
meriti,

Literarii ocii sui symbolis relictis in omne
ævum perduratis.

Obiit
Gorlicii feliciter

Anno M. D. XIV. die IX. Mart.
Ætatis LIV.

M 5

WE-

WESENBECIUS MATTHÆUS
Juris-Consultus.



Prompta fides , vis ingenii miki prompta , vel
oris :
Seu scribo , doceo seu sacra jura pius .

Mat-

Matthæus Wesenbecius
Antverpiæ, celeberrimo Europæ emporio natus,
familia nobili & patricia

anno

M. D. XXXI.

Quum præstantissimum ingenium contulisset ad sum-
mam juris civilis, & ad perfectam rerum/
divinarum & humanarum
scientiam

Sub Gabriele Mudæo JC. Doctore Lovanii egregiè &
eruditus & exercitatus publicè privatimque:
Summum in utroque jure gradum unà cum fratre Ger-
mano Andrea, studiorum socio perpetuo,
consecutus,

Scriptor juris valdè peritus & Antecessor Jenæ primo,
dein Vitebergæ, eloquens pariter ac
doctus:

Ingenium, laborem, fidem suam promptam expedi-
tamque, quamdiù vixit, præbens
omnibus.

Antistes juris & justitiæ sacerdos
maximus,

Commentariis juris Methodicis & Responsis aliisque
egregiis operibus, de vera jurisprudentia
præclarè meritus

Obiit

Vitebergæ Anno ætatis
L.V.

Salutis

M. D. LXXXVI.

XYLANDER GUILIELMUS

Philologus.



Quàm benè Plutarchi Græcè sonat ante : La-
tine

Per me nunc loquitur tam benè Musa mei.

Gu-

Guilielmus Xylander
 Augustæ Vindelicorum natus,
 Anno
 M. D. XXX.

Magna utriusque linguae cognitione egregiè
 instruētus
 Et varia ac multiplice eruditione or-
 natus,

Magister optimarum artium Basileæ designatus, Lite-
 rarum Græcarum Professor Heidelbergæ fidelis
 pariter ac diligens;

Præclaram nominis famam, & immortalem adeptus
 gloriam, tum ex aliis scriptis Philologicis & Histori-
 cis, tum ex optimis auctoribus, præfertim Græ-
 cis partim recognitis, partim in Latini-
 num sermonem conversis:

Quod vel Plutarchi, Dionis, Stephani, Strabonis,
 Cedreni, aliorum opera abundè conte-
 stantur.

Fatis concessit & naturæ præmatura morte
 A N N O
 M. D. LXXV.

Heidelbergæ sepultus,
 Ætat. XL.

M 5

Z A -

ZASIUS HULDREICHUS

Juris - Consultus.



*Tam Sophia Zasius, quam Juris Doctor in arte
Sum bonus : hoc passim fama susurrat anus.*

Hul-

Huldricus Zafius
 Constantiæ, urbe Imperiali natus
 Anno
 M. CCCC. LXI.

Suorum temporum Jure-Consultus toto orbe
 celeberrimus,

Primò Constantiæ in patria, dein Friburgi
 Brisgoviaæ Curia Præfectus,

post

Juris utriusque Doctorum cooptatus in
 collegium :

In quo ipse interpretando, non viva solum voce, sed
 & præclarè scriptis commentariis quam plurimis, ac
 præterea de jure respondendo, maximam sibi
 autoritatem & gloriam passim com-
 paravit.

Academiæ & Reipubl. Friburg. ornamentum
 singulare,

Multis de ea nominibus, ac præsertim instau-
 rando jure municipalی benè
 meritus

Concessit Naturæ, annum agens
 LXXIV. VIII. Kal. Decembr.

ANNO
 M. D. XXXV.

ZEL.

ZELLIUS MATTHIAS
Cæsarispergius, Argentin. Ecclesiae Pastor.



*Me primum liquidam colit Argentina docen-
tem*

Clara fidem, Latio libero facta jugo.

Mat-

Matthias Zellius

Cæsarispergi in Alsatia natus,

Anno

M. CCCC. LXXVII.

Post Magisterii gradum Philosophici in Academia
cum laude adeptum,

Literis divinis impensè deditus.

Parrochus primum & sacerdos in æde D. Laurentii
factus Argentinæ Anno

M. D. XXII.

post cœlesti illustratus veritatis cœlestis lumine,
primus Antichristianæ doctrinæ palam
adversatus,

magna Cleri invidia, & vitæ cum discrimine
magno

profligatis ex Ecclesia superstitionibus,
fidelibus Bucero & Hedione adjutoribus,

Sanctam Evangelii doctrinam puram putam in urbe
docuit, annis XXVI. circiter,

Homo non doctrina tantum, sed etiam Christianis
virtutibus, ac præsertim modestia, temperan-
tia, & caritate in pauperes in-
signis.

Obiit placidè in Christo die IX. Januarii
Anno

M. D. XLIX.

Vitæ LXXI.

Index

Index Virorum Literis illustrium quorum
Icones in hoc opusculo visantur.

A	Epinus Joannes	0
	Agricola Rudolphus	2
	Agrippa Henricus Cornelius	4
	Alardus Amstelodamus	6
	Amerbachius Bonifacius	8
	Anhaltinus Princeps	10
	Apianus Petrus	12
	Aventinus Joannes	14
B	Randus Sebastianus	16
	Brentius Joannes	18
	Bucerus Martinus	20
	Budæus Guilielmus	22
	Bugenagius Joannes	24
	Bullingerus Henricus	26
C	Alvinus Joannes	28
	Chemnitius Martinus	30
	Cisnerus Nicolaus	32
	Cochlæus Ioannes	34
	Copernicus Nicolaus	36
	Cornarius Janus	38
	Crato Ioannes	40
	Cruciger Casparus	42
	Curio Cœlius Secundus	44
D	Raconites Ioannes	46
E	Berus Paulus	48
	Erasmus Desiderius Roterodamus	50
F	Agius Paulus	52
	Fichardus Ioannes	54
	Flacius Matthias Illyricus	56
	Forsterus Ioannes	58
	Fuchsius Leonhardus	60
G	Esnerus Conradus	62
	Geylerus Ioannes	64

Gra-

Index.

Gratarolus Guilielmus	66
Gryneus Simon	68
Gualtherus Rudolphus	70
H allerus Berchtoldus	72
H artungus Ioannes	74
Hedio Casparus	76
Hessus Eobanus	78
Hussus Ioannes	80
Huttenus Hulderichus	82
Hyperius Andreas	84
J onas Justus	86
L angius Ioannes	88
L assus Orlandus	90
Lavatherus Ludovicus	92
Lazius Wolffgangus	94
Lutherus Martinus	96
Lycosthenes Conradus	98
M agnus Albertus	100
M ajor Georgius	102
Marbachius Ioannes	104
Martyr Petrus Vermilius	106
Mathesius Ioannes	108
Melanchton Philippus	110
Milichius Jacobus	112
Münsterus Sebastianus	114
Musculus Wolffgangus	116
O ecolampadius Ioannes	118
Oldendorpius Ioannes	120
Oporinus Ioannes	122
P elicanus Conradus	124
Pfeffingerus Ioannes	126
Pirchmaierus Bilibaldus	128
Pistoris Modestinus	130
Pistoris Simon	132
Pragenis Hieronymus	134
Ptolomeus Clarius	136

Quin-

Index.

Q uinterius Ioannes	138
R eisnerus Nicolaus	140
R henanus Beatus	142
S ambucus Ioannes	144
S arcerius Erasmus	146
S avanarola Hieronymus	148
S chalichius Paulus	150
S chneidevvinus Ioannes	152
S chönerus Ioannes	154
S chvvcnfeld Casparus	156
S imlerus Iosias	158
S leidanus Ioannes	160
S toflerus Ioannes	162
S ulcerus Simon	164
T heodorus Vitus	166
V adianus Joachimus	168
V esalius Andreas	170
W irth Georgius	172
W esenbecius Matthæus	174
X ylander Guilielmus	176
Z afius Huldrichus	178
Z ellius Matthias	180

F I N I S.



138
140
142
144
146
148
150
152
154
156
158
160
162
164
166
168
170
172
174
176
178
180

Nr. 413 S

ULB Halle

3

002.164.027



8. ~~Rez~~



B.I.G.

Black

19	
18	
17	
16	
15	
14	
13	
12	
11	
10	
9	
8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
0	

Farbkarte #13

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Blue

ICONES five IMAGINES VIRORUM LITERIS ILLUSTRIVM

qui
Seculo XV. præsertim doctrina
Religionis aliarumque bonarum scien-
tiarum tanquam lumina in Germania
nostra claruere.

Olim

Tobia Stimmero pictore sue atatis perfe-
ctissimo ad vivum expressæ & Nic. Reusnero
J.C. cum brevi descriptione eorum vitarum
& operum in lucem edita,

nunc

Reipublicæ literariæ bono iterum re-
cusa & ab interitu vindicatae cura
& impensis

C. A. Z. J. C. A.

Francofurti ad Mænum,
Typ. BALTHASARIS DIEHLI.
ANNO M DCC XIX.

